BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
12 L
5

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS DE VITO MEDICI PHIS· NEAP·

DE CAVSIS NOSTRARVM CALAMITATVM:

ET DE MORBIS EPIDEM. QVI vulgabantur per totum Regnum Neap. Anno Dñi 1600. Cum pronoſticis vſq; ad Annum 1608.



Bibliothecæ S. Honuphrij ano 1608
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NEAPOLI, Apud Io. Iacobum Carlinum Typographum Curiæ Archiepiſcopali. M D C I I.

Fr. Ludovici Guiduccij ord. S.ti Honuphrij de Vrbe
Digitized by Google

Digitized by Google

Illuſtriſſimo, & Excellentiſſ. D.

IO. FERNANDEZ A VELASCO,

CASTELLAE, ET LEONIS MAGNO CONTESTABILI,

CAMERARIO, AC PINCERNAE Maiori Catholicæ Maieſtatis

PHILIPPI III.

HISPANIARVM REGIS:
Ciuitatis Friæ Duci: Hari, & Caſtri noui Comiti: Domino Domus à Velaſco, ac ex ſeptem Infantibus Laræ: ſtatus Conciliarij eiuſdem Cath. Maieſtatis atq; Italiæ Præſidenti D. ſuo obſeruandiſſimo.

CVM dura, ac periculoſa Chriſtianæ Reipu. tempora mecum ipſe non abſque profundo animi ſenſu euoluerem: vt quotidiana teſtantur experimenta, verſabantur proh dolor hiſce temporibus, vbique ante cernentium oculos plurima mortis ſimulachra Prin

ceps Eccellentiſs. De calamitatum noſtrorum tẽporum cauſis, & epidem. morbis pertractare cæpi; nec non Aſtrologicas prædictiones ab Anno 1600. vſq; ad annum 1608. congeſsi: futurarumq; ægritudinum (quas Deus auertat) curandi modum, et ipſarum obſeruationes pollicitus, humili ſtylo ad communem vtilitatem in hoc opuſculum collegi. Quod quidem quamuis ſciam quam ſit exiguum, tantæ tuæ præſertim magnitudinis comparatione. Illud tamen non potui fœliciori ſydere, quàm ſub tui clariſsimi nominis Clypeo in lucem edere, qui nemini ſanguinis ſplẽdore ſecundus es: ita bellicarum rerum, ac Regnorum, regendorum prudentiam calles, vt omnia Auſtriacæ Maieſtatis Regna in te vnũ oculos cõuertant, atq; Te vt Achiuorum exercitus Achillem, et Neſtorem venerentur, præſertim cum nec generis, nec muneris tui gloria à politiorum literarum ſtudio Te auertat, vt non Te tedeat non minus libros, et optimos auctores euolu re, quàm arma, ac bellica tela pertractare, ſummos viros inuictoſq; immitatus Monarchas Græcum vnum, alterum Latinum. Siquidem Magnus ille Alexander, (vt auctor eſt Plinius) Inter ſpolia Darij Perſarum Regis vnguentorũ

ſcrinio

ſcriniò capto, quod erat auro, gemmiſque, ac Margaritis pratioſum; varios eius vſus amicis demonſtrantibus. Imò inquit librorum Homeri custodiæ detur: vt pratioſiſſimum humani animi opus: quàm maxime diuiti opere ſeruaretur. Quanti eos faceret oſtendens. Auguſtus quoque Cæſar tanta in exiſtimatione inſignem Poetam Virgilium habuit, vt ipſius carmina contra eius teſtamentum cremari vetuerit. Prodeunt igitur hæ Aſtrologicæ, ac Medicinales obſeruationes cũ futuris prædictionibus, ſub tuo præſidio protectæ, ac illeſæ non ſecus, ac ſub fortunata inuictaque lauro, quæ nullo fulminis ictu percutitur: Opus ab hijs, qui vrbes moderantur prorſus non alienum. Poſtquam eorum ſollic:tudini incumbit, Rerum pub. ſalutem curare, et à Regno tamquam communi domicilio imminentium morborum calamitates publica ſolertia arcere, naſcenteſq; peſtilentias comprimere. Quod non minus Rex Perſarum Magnus Artaxerxes inſinuauit, qui cum eius ingentem exercitum in dies à dira peſtilentia conflictatum animaduerteret: Peto ſuo familiari de imminenti diſcrimine conſultus Hyſtano Helleſponti Præfecto, ita denuntiauit, vt Hyppocratem Medicum ad ipſius copias liberã-

das

das ad ſe mitteret: ac ita ſignificauit. Magnus quidē æſtus copias noſtras inuaſit, qui magnopere cuncta crebro perflat, Nam nō bellando debellamur; atque hanc truculentam feram habemus hoſtem, quæ greges noſtros in dies conſumit, telaque telis omnibus acerbiora mittit. Hyppocratem coum, ab Aeſculapio genus ducentem, mitte & quantum aurum noluerit, illi dato: æquo enim honore apud nos erit, vt Perſarum optimates, et ſi quis alius vir probus in Aeuropa erit. Cumque plerumq; Aſtrorum ortus, et obitus hæc inferiora elementa corrumpant Prudētium Principum eſt Cœleſtia damna peritis Aſtrologis explorare: præuiſa enim iacula minus feriūt. Quod nec ipſa Chriſtiana pietas in re Medica: Nauigatione; & Agricultura damnat. Quinimmo in multis magnum, & ſuperiorem Mundum, cum hoc paruo, et inferiori pulcherrime cōcedit. Quæ de re medica præſidia tunc temporis te Hyſpaniarum ac totius orbis Decus, et columen adire non perhorreſcunt. Nec ego tibi dirigere ac dicare paruitatis meæ conſcius pertimui: non muneris exiguitatem, ſed animi tui Magninimitatem, & Clementiam mente, concipiens, quæ iſtar Solis etiam humiles conuallium latebras illuſtrat.

Quam-

Quamobrem ſi exiguos ingenioli mei partus non ſpreueris, alacriorem me ad exatiores labores, et vigilias reddes. Et quicquid, ero, totum id tua magnitudini acceptum feram. Vale diutiſsime Hiſpaniarum procerum omnium prudentiſsime, ac ſapientiſsime, & mei & vigiliarum mearum ſacra & firma Anchora, & portus.
Datum Neap. pridie Idus Maij Anno à Virg. partu MDCII.

Eccellentia Tua

deuotiſsimus

Ioannes de Vito.

Digitized by Google

Reuerendiſs. D.

PAVLO REGIO VICI AEQVENSIS EPISCOPO,

omnium ſcientiarum præſtantiſſimo: ac generis nobiliſſimo.

JOANNES DE VITO

Medicus Phyſicus Neap.

S. P. D.

SVaptè natura Reuer^mo^ Antiſtes pueri dum nutricis manibus geſtãtur, ſi ad tenebras vel quæuis caligi noſa loca exponantur, pauidi, ac timore affecti admodũ expaueſcunt: Matrem amplectuntur, ac dulcia oſcula figunt. Indeq́ue ſi ad clariora loca ducantur, omiſſa animi trepidatione, lætantur, ac plauſibiliores redduntur. Cæterum dum vuarum palmites à vitibus pullulare incipiunt ab imo ſurſum ſublimiora loca petunt, dum vuarum maximus expectatur prouentus, hinc loca vndique vel quorumcumq; arborũm ramulos inquirunt, quibus adniti poſſint: apprehenduntque atque complectuntur: quibus denique captis inſolubili næxu adhærent: (Digna profecto atque pro ipſorum natura res eſt.) Sed cur hæc fiant, (Et ſi non ſit

qui

Digitized by Google

qui explicet) dicerem, quòd ex naturæ prouidentia fragiles, atq; flexibiles cum palmites ſint ob vuarum, vbertatem, ac pondus ita præmantur, vt à vitibus ne poſtremo diuellantur atque in terram proſtrentur: & tanto magis dum ventorum ſæpe impetu agitantur, ita prouident. Nec minus nobis qui à Vitis trahimus genus: dũ exiguum hoc de noſtrorum temporum calamitatibus opuſculum in ſenectute pẽſitauimus, vſu uenire contingat. pertimeſcimus quidem cum huiuſmodi opuſculum paruę molis ſit, inconcinnum, minime eruditum, ac citra linguæ candorem: ſicut res expoſtulauerat, ac potius ſicut tenellus infantulus adhuc in lucem non editum in officina tandem vt imprimeretur, traditum: in qua tanquam in inſueto loco commorans, non ſine aliquali trepidatione, ne ita ab aliquo præclariſſimo Viro minime correptum, forte in lucem prodeat: ac ad manus forte alicuius ſubſannatoris incidat; à quo poſtremo ipſum nigro carbone notetur: Ad te igitur Reuerendiſſ. Antiſtes ſciẽtiarum fontem vberrimum, ac omnium bonarũ, & diuinarum litterum locupletiſſimum promptuarium ſuppliciter accedit, atque obnixe præcatur, vt ipſum dextero oculo circumſpectes priuſquam in omnium lucem prodeat, cui ſi qua mendoſa animaduertas, corrigas atque caſtiges: & demum, vt ſoles illuſtres: & ſic pauor omnino

b cеſſa-

ceſſabit, at tutiſſime in lucem exibit: atque etiam innixum tanti viri baculo tute ab omni noxa protectum prædictum meum opuſculum ad longinquas Hiſpaniarum Regiones, vel per totum fere orbem peragrare poterit. Et ſicut Octauius ille Auguſtus, quippe qui cum ab Aruſpice monitus eſſet, vt quantum poſſet à fulminis ictu caueret. Hinc viris ſapientibus conſultus, vt ex lauro, quam fortunatam arborem dicunt priuſquam in cubile ipſius caput declinaret in nocte, ipſius tēpora circundare ſatagat: & ſic incolumem vitam ex proſcripto naturæ termino ad multos annos produxit. Cum ergo meum, vt nuper puerulum opuſculum de noſtrorum temporum calamitatibus ſacratiſſimis tuis manibus pertractabitur, vt equidem ſpero fœliciſſimo auſpicio, vel ſydere ambulabit quouſq; ad ſuū Principem, cui opus dirigitur aduentarit, ac omni maleuolorū morſu liberabitur. Vale igitur Decus noſtræ Parthenopes, ac totius Orbis, & Chriſtianæ Religionis.

Datum Neap. iij. Nonas Maias M.D.CII.

Admo-

Admodum Excellenti Doctori,

D. IOHANNI DE VITO NEAPOLITANO.

PAVLVS REGIVS EPISCOPVS VICI ÆQVENSIS.

S. P. D.

DOctiſſimos quidem libros de cauſis noſtrarum calamitatum, & de morbis Epidemialibus tibi Chriſtiana Religione, atque catholica eruditione cõpoſitos, maxima voluptate repletos legi. Ij quidem (vt verum apertè fatear) ſumma ſunt laude digni: Quamobrem, tãquam omnibus numeris hac noſtra memoria, abſolutum Doctorem in meis Elogijs ſummo honore te celebrandum reſeruo: His interim paucis meam erga te beneuolentiam accipias velim: teq; Deus in diem ſuis donis adaugeat. Vici vij. Idus Maias. M. D. CII.

IVLIVS IASOLINVS

IOANNI DE VITO

S. P. D.

LEgi libellum tuum, Ioannes dilectiſſime, de noſtrarum calamitatum cauſis, earundemque prognoſticis magna quidem cum auiditate, quaſi diuturnam ſitim expleturus διψητικώτατος ὤν. Nimirum doctiſſimè, atq; eloquentiſſimè calamitates, & mala Neapolitani Regni, Campaniæ, & præſertim Nolanorum explicas, ardentibus febribus, acutis, tertianis verò magna ex parte nothis correptorum, non ſine prauis ſæuiſq; ſymptomatis, ob immenſum ſanè aquarum prouentum vbique, ibi verò ex monte Gigala præcipuè confluentium. Quinetiam eleganter aſſeris, tantam eluuionem è cœleſti aſpectu ortũ ducere per temporum circuitus: quod etiam innuit Ambroſius Leo, aſſeuerans ex tali alluuie, & inundationibus fœdam peſtilentiam, haud ſemel emanaſſe. Non eſt autem diffitendum, potuiſſe has aquas bituminoſis, aut ſulphureis, &, quod deteſtabilius, chalcanthoſis veneficis qualitatibus imbui, & contaminari, & externi caloris vi corrumpi. Equidem in

ean-

Digitized by Google

eandem ferè abieram ſententiam, vitium ſcilicet contraxiſſe aquas ex alicuius fixæ ſtellæ ærumnoſo aſpectu, aut humani ſigni coniunctione, aut infauſta oppoſitinne, quadrato, aut multis fortaſſe eclipſibus: quod etiam ſuperioribus annis contigiſſe plurimis hiſtorijs ac exemplis perbellè in eo opere oſtendis. Eſt etiam rationi conſonum, eas exuberantes ac diuagantes, eſſe aliqua mephiti infectas, aut metallicis ſordibus, aut ſqualidis, ac tetris exhalationibus, aut corruptorum cadauerum in cœmeterijs ichoribus, vel cloacarum, ac reliquarum omnium ſordium miſcella; hiſce namque ſpurcitijs interea miſceri aquas exuberantes liquidò conſtat; viridemque colorem ſaporemque dulcem libamine primo præſeferunt: ipſarumq; denique excrementum per chymicam examinatũ idem patefecit. Diuturna verò exiſtit periodus: quandoquidem diuturna eſt materiæ regeneratio ex Beroſi Chaldęi ſententia. Admiror quidem iudicium tuum περὶ πάντα, illudq; cõmendo etiam atq; etiam: ἀληθὲς ἀτὰρ γὰρ λέγεις: nos etiam nõ decepit ſincerus iudex ſenſus. Equidem ex anatome trium cadauerum didici iuſſu Comitis Mirandæ Proregis Excellentiſſimi interire Nolanos bituminoſa, chalcantoidìue virulenta qualitate affectos: comperi enim felleam ipſorum cyſtim æruginoſa bile impensè ſatis refertam, eodemq; colore iecur imbutum:

ven-

ventriculum chyli loco atri humoris copia ſcatentem: pericardium verò non aqua, ſed flaua exuberabat bile: præterea ſupra venas ſtephaneas deſiderabatur adeps, dexterq; ventriculus pauciſſimum ſanguinem continebat. Cauſæ quidem naturales ſunt: credendum verò eſt, Deum Optimum Maximum ob noſtra crimina id permiſiſſe. Vale, &c, vt facis, ingenij tui fructus, cùm ſint vtiliſſimi, hominibus imperti. Neap. v. Idus Maias. M. D. C I I.

Molt' Illuſtr. & Reuerendiſs. Vicario.

Queſt' epiſtola del Sig. Giulio Giaſolino ſe potrà ſtampare nel libro del Sig. Gio. de Vito, perche è degna per molti capi, e non è contraria alla Santa Fede, ne alli ſanti coſtumi dell' iſteſſa Fede. Da caſa il dì 15. di Maggio 1602.

D. V. S. Reuendiſſima

Seruitore Affettionatiſs.

Gio. Franceſco Lombardo.

Digitized by Google

IO. FRACISCI LOMBARDI
AD LECTOREM
DODECASTICON.

Eclipſes Solis, Lunæ pariterque labores
Ingenium Viri differit egregie, eſt
Vitus Philoſophus magnus, Medicusq;
peritus,
Vitus & eſt dulcis gloria Parthenopes
Quicunq; aſtrorum (πῶς Sancta Eccleſia mandat)
Gaudet notitia, diligat hunc hominem.
Nam aſpectu ex Phœbi canonas ita condit apertè,
Quòd proſunt homini nocte dieq; πολύ.
Ioannes igitur Vitus, cariſsime lector,
Te ſaluum reddit corpore, mente ſimul.
Nomen enim ſignat χάριν, cognomen at auram
Viuificam, viuit qua bene σῶμα. Vale.

Ad

Ad præcellentem Philoſophum, Medicum, & Aſtrologum.

IOANNEM DE VITO.

PAVLI POTARELLI
Epigramma in opus præſens.

QVæ mala mortales ſoleant inuadere, & illos
Quàm varij morbi, quã premat atra lues.
Vnde hæc an cęlum, diri num fortè planetæ
Mittant ignotis numuè elementa modis?
Prędi tus ingenio ſublimi hæc omnia pandit
Vitus, Apollineæ doctor, & artis honos.
Aſtrorum curſus, cui ſunt cæliq; meatus
Cogniti, & immenſi non latet orbis opus.
Felix abſtruſas rerum cui noſcere cauſas.
Cui Lacheſi immiti ponere iura licet.

Diſtichon de eodem.

VIte, tuum nomen viuet, dum viuida virtus
Ibit doctorum viua per ora virùm.

Aliud.

VItaſti dentes Libitinæ, Vite, minaces,
Nec te Lethæis obruet vnda vadis.

AD IOANNEM VITVM
Phyſicum peritiſſ.

ARTALES RASCALIA, PHYSICVS.

QVæ ad Medicum ſpectant, tibi ſunt ex ordine dotes,
Vite, ægris vitã dans medica arte tuis.
Tu ſapiẽs Medicus, cœli qui ſydera noſcis,
Clarius vt præſens lumine pandit opus.
Quod mala præterita egregiè, ventumq; monſtrat,
Atque horum cauſas, antidotumq; ſimul.
Eximium, cultumq; opus eſt, atque vtile cunctis,
Perdignum vt volitet docta per ora virum.
Moribus ingenuis ornatus, numine dextro
Hippocratis ſeruas dogmata ſancta ſenis.
Siq; tuas cupiam laudes percurrere, Phœbus
Oceano currus conderet ante ſuos.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

DVO præcipuè, candide Lector, in homine cernuntur, quæ inuicem ſeparantur, æternum nempe, & tempori ſubiectum, atque caducum; anima ratione prædita, & corporea manus, è quibus duobus omnis ars, omne opificiũ ortum habet, niſi iners fucus, vt dicitur, vult eſſe, & ignauum pecus. vnde hic ab hominum cætu eſt longe abigendus, & exterminandus. Hinc Ariſtoteles Peripateticorum Princeps in hiſtoria animalium referebat. Inter animantia, quæ ad noſtrã deuenere cognitionem; ſolum hominem eſſe rationis participem, cum arte & ratione viuat, vt primũ Diuinorũ. Rationis quidem, ac intelligentiæ præſtantia ornatus, iura ſancire, leges ferre, eloquenti oratione vti, in hominum conſeſſu, atque ſenatu, cum Deo Optimo Maximo colloqui, in omnibus liberalibus diſciplinis incumbere librorum monumenta edere, bellum indicere diſcere à doctis, indoctos docere, & omnia ſcire tentat. Quid quod manu ille pingit, cælat, ſculpit naturam rerum omnium parẽtem imitatus: pulſat lyra, cytharaq; & omnibus muſicæ artis iucundiſsimis inſtrumentis veſtes varias miro artificio ſuendo, texendo, acu pingendo efficit, ſagittas iaculatur, & ad certum locum dirigit: aucupatur, venatur piſcatur, omneque animalium genus ſuo ſubijcit Imperio, terræ viſcera rimatur, & penetrat, turres in altum tollit, portus intra mare fabricat, naues omnigenas ædificat, columnas,

Sta-

Digitized by Google

ſtatuas, pontes, coloſſos, theatra, amphiteatra, pyramides erigit, cunctiſque animantibus imperans, terrenus quidam Deus exiſtimatur. Hæc verò omnia ab hominis diuina mente proficiſcuntur. Hinc organum ante organum ab Ariſtotele nuncupatur, Cum enim homo ex his duobus principiis conſtet ſemper peremnitatem meditatur, & appetit. Manu quidem materiales omnes machinas ſuperius enarratas, aliasq; innumeras, & admirandas in dies conficit, & ob oculos ponit, quæ tametſi temporum iniuria intercidant, & marceſcant, multis tamen ſeculis permanent, & durant. Intellectu autem ad æternitatem magis aſpirans ad poſteros mandat infinita ingenij, & gloriæ ornamenta, & monumenta, tot libros componit diuerſis ſcientiarum admirandisq; naturæ arcanis refertos, quæ vel ad animorum immortalium ſummiq; Dei contemplationem pertinent, vel ad agendum aliquid, iuuandoſque mortales, & ad omne officium ipſos proucheˉdos, ac retinendos ad copiam, ad cultū animi, & corporis. Inde emanarunt iura ciuilia, & pontificia, decreta ſapientū omnesq; humanæ diſciplinæ, atque Diuinæ. Abeat nunc monſtrū illud Zoilus, qui Iouis ſtatuam flagellauit. Abeat Eroſtrates ille arrogātiſſimus, qui celeberrimum Dianæ Epheſiæ templum combuſſit, & flammis perdidit, non in ipſam Deam iratus, ſed vt tam inſigni facinore ſibi nomen compararet, ſuique memoriam perennem ad poſteros demandaret. Verum ego eo fui ſemper ingenio, vt numquam gloriæ cupidus, prodeſſe mortalibus ſemper optauerim. Quapropter pro viribus conatus ſum paruum hoc opuſculum ad omnium vtilitatem colligere, & in lucem edere, quod

C

qui-

Digitized by Google

quidem licet ſit perexiguum, multa tamen continet lectu & intellectu digna; & certè ſolent pinus, & quercus proceræ altitudinis arbores è modicis nucleis ortum ducere, indeq; ramorum varietate, fructuumq; prouentu & vbertate, vmbra delectare, & fætibus alere animantia, cum tamen ab ima tellure per modicas, & minutiſſimas radiculas, & fibras veluti capillos alimentum trahant. Vale candide lector, & laborem hunc noſtrum boni conſule.

Datum Neap. xvj. Calendas Iunij M D C I I.

DE

Digitized by Google

DE CAVSIS NOSTRARVM CALAMITATVM,

ET DE MORBIS EPIDEMIALIBVS, Qui vulgabantur per totum Regnum Neapolitanum.

ET PRAECIPVE PER CAMPANIAE Regionem in præſenti Anno M. D C.

PER IOANNEM DE VITO
Medicum Phyſicum Neapolitanum.

Liber Primus.

IN Terris ſæpiſſimè calamitates à Deo Optimo Maximo in homines fuiſſe irato propter ſcelera, & malè patrata facinora, ſacræ paginæ teſtãtur, vt de Noetico Diluuio,atq; tempore Pharaonis contra Aegiptiacam Idololatriã,ac perfidam

obſtinationem in filios Iſrael legitur, & ſucceſſiuè in alias nationes, & Gentes. Vnde mirari non debemus, ſi nos quandoq; cõdigna patimur: Vtitur quandoque Deus cauſis ſecundis, ex quibus vniuerſales oboriuntur calamitates, in nos ſæuiẽtes, producendo Peſtilentiam, Terremotũ, Bellum, Inundationes, ſiuè Diluuia, Annonæ caritatem, Animalium, ad hominum vſum, interitũ, ac inutilium generationem, vt murium, locuſtarum, & id genus.

De Dei Archanis ſileat mens humana, cùm ea capere non poſſit, & de cæleſtibus, ac ſuperioribus lationibus, vix pauca loqui, ac ſpeculari valeat, Cùm valdè remota ſint; & in tantum eorum cognitio ad nos àcceſſit, in quantum antiqui Prædeceſſores laborioſiſſimis ſpeculantes lucubrationibus poſteris tradiderunt. Vnde peripateticorum Princeps Ariſtoteles ſcriptum reliquit neceſſarium fuiſſe hunc mundum inferiorem ſuperioribus lationibus contiguum, vt indè omnis virtus gubernaretur, ſubaudiendo motu, & lumine, ad quod cœleſtium rerum ſcriptores configuratiuum addiderũt. Conuenire, ergo videtur ab aſtris, & lationibus hunc mundum gubernari, eo quòd ſtellæ, ſiuè aſtra ad nos plures demittũt radios, ex quibus varij effectus oboriũtur, ac etiam pro motus, vel ſitus diuerſitate variæ in Mundo alterationes, & mutationes, ac vniuerſi

uerſi diſpoſitiones cauſantur, nobis noxiæ, vel proficuæ. Quæ enim Aſtra, vel ſuperiora corpora patiuntur, ac diuerſas quoque paſſiones ſubeunt; reſpectu noſtri contingit; vt Solis, aut Lunæ deliquia. Atque ſi tot videmus alterationes, ac mutationes, cùm vis in nobis ſiuè appetitus ſciendi naturaliter ſit. Dicente Philoſopho primo Metaphyſices; Naturaliter omnes homines ſcire deſiderant. Ettunc ſcire arbitramur vnum quodque cum cauſas cognouerimus, quibus ſic cognitis, noſter intellectus acquieſcit.

Verùm de cauſis à nobis cognitis per modum cognoſcendi noſtrum, an ſint cauſę vndiq; veræ, nec aliter ſe habere contingat, ſatis ſit, vt ſcriptũ reliquerũt, ſufficiunt tamen, quo ad vires, & animi dotes aliqualiter ſpeculari. Poſtquàm mira nobis in itinere, & de recenti ſucceſſerunt; facto igitur ab aſſũptis theorematibus principio & antiquorũ ſapientũ authoritatibus, diſceptabimus.

Vidimus enim, & in hoc labenti anno 1600. Obſeruauimus in hoc præſenti Regno Neapolis multas inſuetas ſæuiſſe egritudines in diuerſis Terris, Oppidis, Municipijs, vel Campaniæ ciuitatibus, & ſucceſſiue per totum Regnum. Vnde comunem, & vulgarẽ calamitatem appellare licet; Nàm ex ægrotantibus multi fuere demortui, ac alij longa morbi longitudine conflictati ad tabem declinarunt, & ſucceſſiuè ad alias

morbi ſpeties mutationem fecerunt.

Modus enim eorum erat, qui moriebantur, ita varius ac etiã à conſuetudine alienus, vt omnibus admirationem induceret, eo quòd talis mõſtruoſus modus hucuſque in hominum memoria nunquàm fuit obſeruatus, de quo, & eius cauſis inferius dicetur. Verùm antequam de vulgãte morbo aliquid pronuntiemus. Videamus quid Hyppocr. antiquiſſimus Medicinæ obſeruator, ſuis temporibus obſeruauit, & narrauit. Nàm vti Medicus multa diuinitus prænarrauit, ac mira breuirate collegit, non derelicto in cauſis peripateticorum Principe Ariſtotile, ac Aſtrologorum Monarca Ptolomeo ad quos agere de cauſis ſolum ſpectare videtur. Cùm enim homines, qui calamitates ſubeunt, ſint in Mundo, & Mundus hic inferior neceſſario ſuperioribus lationibus ſit contiguus, vt indè omnis virtus gubernetur motu, & lumine configuratiuo.

Ad Hippocratem prius reuertendo ipſum vltra alia Medicinæ volumina ſcripſiſſe reperimus de morbis Epidemijs, in quibus tres prius in libro 1. & 2. obſeruaſſe tempeſtates, & deinceps de ſingulis morbis, qui ſucceſſerunt longo ordine enarraſſe legimus in Thaſo videlicet, ac deindè in tertio poſtmodum volumine ſæuiſſimos peſtilentes morbos, qui vniuerſas Græciæ Regiones depopulabantur enarrauit.

At

At verò in tertio Aphoriſmorum primo temporum mutationes potiſſimè morbos pariunt, & potiſſimè qnidam temporibus magnæ mutationes itaq; quales erunt conſtitutiones tales morbos expectare oportet. Et in pluuiarum multitudine magna ex parte febres longæ. Alui profluuia, putredines, Morbi comitiales apoplexiæ, & Anginæ, &c.

At cùm inter tres primas tempeſtates, primã magna ex parte humidam, & Auſtrinam enarrauit. Secundam frigidam, pluuiam, niuoſam, & Aquiloniam; tertiam obſeruauit Aquiloniam, & Squallidam.

Ex quibus, quæ morborum genera ſuccedebant, ſigillatim deſcribebat. Attamen de tribus ſuperius obſeruatis tempeſtatibus ab ipſo Hyppocrate videre licet, quæ potiſſimũ ad præſentis anni 1600. naturam accedebant: Hyppocratis ad vnguem verba proferendo, omiſſa prima, & tertia tempeſtate. Circa ſecundam, an cum ea, quæ ad neſtram obſeruatam Symbolumſeruet, pronuntiemus.

In Thaſo antè Arturum ſub Virgilijs, & Virgiliarum occaſu frigora non tempeſtiua de repẽte orta ſpirantibus multum Aquilone, & Auſtro humida ante tempus coorta ſunt. Hæc enim durabant vſque ad vergiliarũ occaſum, & ſub Vergilijs, Hyems erat Aquilonia, imbres erant largi, magnæ

magnæ Niues, mixta plurima ſuda. Iam verò poſt Brumale Solſtitium, vbi Fauonius ſpirare cepit. Aſpera erat extrema Hyems, Aquilo multum ſpirabat, ningebat, pluebat multum continenter. Cœlum erat procelloſum, atq; nubiloſum. Quæ durauerunt, nec remiſſa ſunt vſque ad Vernum Aequinoctium. Ver autem frigidum & Aquiloniũ, pluuioſum, & nubiloſum. Aeſtas non fuit admodum feruens ſpirauerunt Etheſiæ. Mox circa Arturum ſpirante Aquilone multum pluebat, ac deinceps.

Cùm totus annus fuiſſet humidus, frigidus, & Aquilonius per Hyemem cõmodè ſe habebant. At ſub verè plurimi laborare ceperunt.

Aeſtate, & Autumno alui fluores cõtinuæ erãt febres, paucæ erant ardẽtes: Rurſus febres diurnæ, nocturnæ, ſemitertianæ, ſincerè tertianæ, quartanæ errantes, quartanæ incipientes quotidianæ nocturnæ errantes multę multos diù exercitauerunt, tàm rectè, quàm decumbentes, ac rurſus. Continuæ verò febres nunquam intermittebantur, ſed inuadebant omnes more febris naturam tertianæ referentis, & vna die aliquantulum remittebantur, altera verò ingraueſcebãt, omnes erant hoc tempore violentiſſimæ, ab initio leues, & de cætero ingraueſcebant, omnes erant hoc tempore violentiſſimæ, longiſſimæ, & laborioſiſſimæ, ab initio leues, & de cætero ingra

gra

grauefcebant in dies aliquantulum remittebantur, & rurſus vehementius increſcebant, & decretorijs diebus multo deteriores fiebant, rigores autem erant inordinati errantes,&c. Sudores erant multi, & non ſolùm ab hoc non recreabâtur, ſed etiem lædebantur, hæc, & alia Hyppocrates de Morbis Vulg.

Si benè conſideramus præſentis anni 1600. coſtitutionem, ſimilem credimus ſecundæ ab Hyppocrate tempeſtati obſeruatæ, ac etiam Morbos, & ſyntomata, quæ ſucceſſerunt. Quò verò ad temporis coſtitutionem, & qualitatem præcedentis anni 1599. etiam concordare videntur. Deindè quæ etiam obſeruando addimus anno 1600. Sub Cane enim, & antè Canē multi Morbi potiſſimè circa partes naturales vulgabantur; Vndè multa ſuccedebant Syntomata, & præcipuè dum paraſiſmus incipiebat. Nàm ſtatim rigebant,& Rigores erant inordinati, nauſæ abundi merabilioſa, vel porracea euomebant, de ſtomaco conquerebantur, ac demum Epate, ac liene dolebant, & interdum de corde,cum luctuoſis ſuſpirijs, & alui fluore tenebantur. Cibum equidem abhorrebant nec aliquid deguſtare intendebant, purgati, & maximè qui medicamenta plura deuorabant,ſudore frigido exanimabâtur. Plures tamen vna tertiana corripiebantur, deindè poſt decimam quartam diem, altera tertiana

tiana obſeruabatur, & febris tandem cõtinua tertiana fiebat,& acutior indè morbus euadebat, rarenter verò papulæ efflorebant. Multi ſiquidem auriginoſi reddebantur, ſed qui non moriebantur cum maxima viſcerum læſione tabidi tãdem euadebant.

Durauernnt ſiquidem hæc ab ineunte Aeſtate vſque ad Autumnale Aequinoctium, & quo ad aliud morbi genus degenerauerunt. At ſub Arturo nouiter aliæ Aegritudines graſſari ceperũt, hoc modò videlicet. De repente rigebant ſub ſolis Occaſu, vel paulò prius typum duarum tertiarum obſeruando, ac quandoq; alia tertiana latitabat, increſcebant acceſſiones, & quandoq; minus in die rigores inuadebant, ſed peiorem noctem afferebant, & vitalem virtutem multo magis opprimebant. Sitiebant parũ,& de corde cõquerebantur, ac ſi à virulenta beſtia commorſi fuiſſent, in mane quouis modo becilliores videbantur, ſub meridie recreabantur. At qui veſperi rurſus malè habebant, per pauci verò deliri fiebant.

Et vt ſummatim dicamus rigores in paroſiſmis in dies euaneſcebant. Sed acceſſiones in nocte vlterius procedebant vſque ad quartam, ac fortè vſq; ſeptimam noctis horam differebant; aliquæ verò diluculo inuadebant & intra noctis latitudinem retrocedebant, duabus interdum vel

tribus

tribus ad ſummum horis anticipabant, & ſic laborantes magis in nocte, quàm die moriebantur. Eorum enim pariferme Occaſus, vel in ſeptima, vel decima quarta die, vel in vigeſima die erat, & iuxtà Lunares aſpectus, etiam moriebantur.

Et taliter ergò obſeruati fuerunt Morbi, qui pro hoc tempore vulgabantur in præſenti anno 1600. ab Arturo ſub Vergilijs, & ſub Vergiliarum occaſu magis ſeuiebant, ac paulò poſt decli rare in dies cæperũt vſq; ad Brumale ſolſtitium, Quippe qui ſi medicamenta aſſumebant, lædebantur, ac celerius moriebantur.

Verùm cùm tempore Autumni, qui ægrotabant magna ex parte ab aeris mutatione occaſionem ſuſceperunt, ſi procul, vel non procul fuiſſent, vtpotè ſi ad prædia, ruraq;, vel aliqua viciniora loca ſe cõtuliſſent, quæ etiam melioris cœli, ſiuè ſalubrioris fuiſſent, vt ſi ad Niſidam, Pauſilippum, Veſuuium, Cramanum, vel Tabias tẽdebant, vt animum relaxarent, vel vt vindemias colligerent, ſi tribus, duobuſuè ad minus diebus commorabantur, in prædictas ægritudines incidebant. Eò vel magis ſi ad longinquas Regiones iter tendebant, de quibus maximoperè gentes admirabantur. Propterea tempore illo homines futuras timentes neces vix locum mutare audebant. Verum qui ex hac occaſione ægrotabant magna ex parte erant Nobiles, Ciuiles, ac

Vrbaniter viuentes. De quibus modis. Cur hæc fierent ab omnibus cauſæ cognoſci deſiderabantur; & an peſtilentiales, an vulgares morbi tales eſſent, pro quibus indagandis cauſis liceat nobis Hypocratis & Galeni habere authoritatem, cũ qua, & quæſita diſſoluere, & cauſas indagare, perquam facile erit, ac demum ad rationes Aſtrorum deueniendo, de omni re ſatisfactum fore iudicabimus.

Cùm enim calamitoſa ſucceſſit conſtitutio nunquàm in hominum memoria obſeruata, quò ad aeris mutationem, quò verò ad perniciosam, & vulgarem naturam ab Hippocrate in Epidemiis non abſimilem legimus. Et quamuis morbi ſine contagio erant, nihilominus communes, & pernicioſi erãt. Optimo igitur iure cum Galeno, & Hippocrate primo de ratione victus, & primo de Morbis vulgaribus com. primo dicamus vulgares fuiſſe Morbos, qui peſſimi, & peſtilentes ſunt, ac peſtes appellant homines, ſciuntq; exitiales eſſe, & verè etiam ad Deum referũt de eorum curatione conſulentes, & Hippocrates in præſagijs iterum Morborum itẽ qui ſemper vulgantur ortum, ac temporum Anni ſtatum obſeruare oportet; & in Epidemijs, vulgabantur enim Diſenteriæ Aeſtate plurimæ, & aliquãdo alia febrium genera vulgabantur. Horum enim pernicio-

cioſiſſimi quiquè peſtilentes vocantur, qui ſicut vulgarium totum morborum genus ex cœli ſtatu proficiſcuntur. Et ſic nonnullas peſtilentes tẽpeſtates obſeruatas deſcripſit, duas benè verum conditiones retinentes tantum perniciosos eſſe morbos, & vulgares. de contagio verò verbum nullum ab ipſo pronuntiatum fuiſſe legimus. Sed quæ ſit vera Peſtis, qui uè vulgares morbi, ac lethales, & an conueniant, vel differant, inferius diſſeremus. Verum de illis, qui nuper à nobis obſeruati ſunt, & in quo genere ſint recipiendi, paulò poſt explicabitur.

Dictum ſuperius erat in de morbis vulgaribus, primo, & ſecundo volumine tres Hippocratem deſcripſiſſe tempeſtates, varias ſiquidem & pro anni temporibus, & cœli conſtitutionibns, ac proindè de ſuccedentibus Thapſios affligentibus, & in tertio volumine. Quartæ rurſus tempeſtatis enarrationem vberius Hippocrates facere incipit, vnde ad vniuerſas Gręcas nationes ſpectare videbatur. Et tandem etiam ab Arcturo ſumpſit exordium, & non ab alijs ſtellis fixis illuſtriſſimis, circa quod in admirationem induxit Galenum dicentem, Cur caniculæ ſtellæ primo Epidemiorũ in principio illuſtriſſ. Hippocrates nõ meminit ac de Arcturo, & alia multa enarrauit. Scimus enim ſua potentia ita ad torrefaciendũ humanos humores ita prõptos intrauenas ad

putrefaciendum quoq;, ac corrumpendum paratos, ſub ratione diuerſorum Climatum, ac Paralellorum, ſi fortè Itineri ſe expoſuerant mortẽ profectò in eorum pectore ſeruabant.

Quod verò Hyppocrates non à cane incepit ſuccedentes enarrare tempeſtates, cauſa fuit, ꝙ notabiles anni mutationes non tantum in Arcturo viſuntur ratione, qua Sol accedens ad Aequinoctiale ſignum, nempè Libræ, quod eſt ſignum inſtabilitatis, & ſuaptè natura inæqualitatis, non dicimus, quod tunc non adæquenter dies, & noctes; ſed quia horas diei inæquales facit ob qualitates. Hinc Hyppocrates in Aphoriſmorum lib. 3. Cùm eodem die modò calor, modò frigus erit Autumnales morbos expectare oportet. Accedit ad hæc, ab Arcturo adequatis diebus, ac noctibus, dùm Sol Libræ principium attingit, dies minui, ac noctes augeri incipiunt, & ſic ex Solis receſſu à Septentrione, & acceſſa ad meridiem; Aer refrigeratur; ex quo imbres ſuper terram effluere aggrediuntur. Vndè tunc temporis ventorum ortus, & pluuiæ multiplicantur, ac Aeris notabiles fiunt mutationes. Dicimus enim in Autumno magis, quàm in alijs anni temporibus inæquales fieri dies propter diuerſas horas.

Qua ratione Hypp. ex Arcturo potius, vnde anni temporũ mutationes fieri incipiunt, ſumpſit exordium, quàm ab alijs Stellis: tẽpeſtates prius obſer-

obſeruando, ac deinde morbos, qui indè ſucceſſerunt enarrando. Qui diuites anni tēpus duplici vſus fuit diuiſione in libris de Epidemijs, & de ſeptimanis primam vero in ſeptem diuiſit partes, nempè in Autumnum, Primam ſementem, Hiemale ſolſtitium. Tempus inſerendi, Ver totum, Aeſtatem vſq; ad Canis ortum, ac vltimum Aeſtatis vſquè ad ortum Arcturi, & hac diuiſione vſus fuit ob diuerſitatem parallelorum ad vtilitatem diuerſarum gentium apud quas dies, & menſes diuerſificantur.

Quo verò ad alterā anni temporis diuiſionem in quatuor partes diuiſit illam, nempè in ſolſtitialia, & æquinoctialia, hoc fecit potius pro ratione Solis mutationis. Nempe in Ver, Aeſtatem, Autumnum, & Hyemem, vt in libro de Aqua, Aere, & locis ſcriptum reliquit ob ſigna ſolſtitialia, & æquinoctialia.

Vnde ſiquis cognoſcat temporis occaſionem maximam ſuæ artis gloriam cōſequetur, & ſic ad rem medicam maximè cōfert Aſtronomia, cùm vna cum temporibus ventriculi hominibus mutentur. Oportet enim maximè obſeruare temporum mutationem, vt neque illis Medicinas libentiſſimè exhibeamus, neq; vramus, quæ circa ventrem. Neq; ſecemus priuſquam dies decem prætereant, aut plures non pauciores. Periculoſiſſima enim ſunt ambo ſolſtitia, maximè verò Aeſti-

Aeſtiuum periculoſum etiam eſt Aequinoctium vtrũque;magis verò Autumnale. Oportet enim aſtrorum ortus conſiderare præcipuè canis; inde Arcturi, & Pleiadum occaſum. Morbi enim maximè in ijs iudicantur. Alij perimunt, alij in aliam ſpetiẽ mutantur. Ecce ſi Aſtronomia Medicinæ ad mentem Hippocratis eſt neceſſaria? Valeat ergò Manardus, qui contra hæc multa ſcripſit in libris ſuarum Epiſtolarum, vt inferius, quæ nos acerrimè refellere conabimur.

Ad rem reuertendo circa vltimam diuiſionem in Epidemijs Hippocrates pertractare non intendebat, circa vulgares morbos, ſed in tertio Aphoriſ. circa morbos ſimpliciter inſurgentes abſq; aliqua nota malignæ, ac prauæ qualitatis, vel ex influxu ſuperiorum corporum.

Concludendo itaq; dicamus cùm ab Hippocrate duplex fuerit anni temporis facta diuiſio, altera in partes ſeptem,& altera in quatuor tantũ ſub ratione Solis in Zodiaco per ſigna Tropica, & Equinoctialia.Et ſic in prima diuiſione ab Autumno incępit ob eius inæqualitatem. Nec enim in alijs partibus ita fit aliqua exceſſiua mutatio. Verum in alijs partibus proprium ſeruatur temperamentum, quarum mutatio fit paulatim, vt mutatio vix ſentiatur. Iurę meritò igitur ab Arcturo incepit, tanquàm ab Autumni principio, & ſingulis anni temporibus conſtitutiones circum-

cumſcribit. Et Galenus in Epidemijs commento primo dixit, quòd dùm mutua temporis mutatio ſit, & paulatim verbi gratia, ſi ab ortu Virgiliarum calidum augetur, & ſiccum vſque ad canis ortum modicè, & pedetentim aliquantiſper Auſtri regnabunt, moxque ſuccedent pluuiæ, quantum Etheſiæ ſpirant vſquè ad Arcturi ortum. Itaque ratione, & experimentis didicimus, quòd ſi anni tempora ita procedant, & inter ſe mutuò conuertantur non exiſtere neque vulgarem Morbum; ſed ſolos diſperos, quos dicunt Victus Comites.

Ex quibus itaque patet, vulgares Morbos ex exceſſu, & temporis mutatione à propria naturalitate deuiantes neceſſario ortum ducere. Et quòd vulgaris Morbus à peſte differt. Nàm vulgaris morbus licèt ſit pernicioſus, tamen non vſque adeò violenter procedit, vt peſtis, quæ maiori celeritate, ac venenoſitate interimit, ſed dicere licèt, quòd omnis peſtis eſt vulgaris Morbus, ſed non omnis vulgaris Morbus peſtis eſt.

Vndè ergò Morbi, qui in præſenti anno vulgabantur, dùm ſcribebam vulgares erant, ſed non peſtis exacta, & tanto magis, quia contagio carebant.

Atqui ad Galenum reddamus, qui vulgariũ Morborũ immediatã cauſam extrinſecã eſſe volebat, exceſſiuã Aeris qualitatẽ dicẽdo ad quaſuis quali-

qualitates mutati. Et præcipuè ad immodicam humiditatem, dùm humiditas non regulata putredinis ſit mater. Quare ſi conſueto more anni tempora ſequuntur, nec vulgares morbos, nec peſtem fieri expectamus, niſi ſparſos, cauſam habentes à decenti non ſeruata dieta.

Verum circa exceſſiuam cauſam ex intempeſtiuis progenitata temporibus, cur fieri poſſit, dicamus, ꝙ ſi humiditas erit ſupeflua à corporibus noſtris maiorem addēdo humiditatem excremētitiam eam, quæ intus aderat, prohibet, ne exeat, & dum in aere nos ambiente fundatur, cum benè à calido regulari non poſſit, contingit, vt putreſcat, vel corrumpatur, atq; ſubindè ad vlteriorem putredinis gradum progrediatur. Donec & eo vſque hominibus calamitoſa pernicies fiat, dùm vel mediante aqua, quā bibimus, vel Aere quem inſpiramus noxam contrahere poſſumus. Qua propter tàm ad naturales partes ratione alimenti, quàm ad vitales aſſiduam ob reſpirationē pro cordis refrigerio noxa recipitur. Et propterea in hoc præſenti anno id ipſum contigit, nempè ad vtranque partem, Morbi & Syntomata fuerunt obſeruata.

Sed poſtquàm hominū noxam in duabus corporis partibus fieri vidimus, ab aquis ſub ratione potus circa naturales partes, & ab Aere circa vitales, Dicamus, ꝙ ſi malæ qualitates ab ijſdem

profi-

proficiſcentes fuiſſent in maximo, & exceſſiuo mutationis gradu à tota ſubſtantia, cui dubium, quòd hominum pernicies ſeuior fuiſſet maiori cũ celeritate, & contagioſa.

Atque ſubaudire licèt mutationem ſubſtantiæ in elementis, vel in hominibus eſſe ſecundum intenſum, & remiſſum, & ſic putredo, vel corruptio quoque, vel maior, vel minor erit.

Qua ratione ſi pari gradu eſſent tempore vulgarium Morborum, vel peſtis non ſalui poſt cladem tot homines fierent. Attamen ſecundũ maiorem, vel minorem putredinis, vel corruptionis gradum fiunt in hominibus mortes. Et tanto magis cùm actus, actiuorum fiunt in patiente, & diſpoſito, vt Ariſt. 2. de Anima 24. Quo circa Galenus in lib. de differ. feb. in peſtilentia homines maximè capiuntur, qui humores habent magis ad putreſcendum paratos, & in lib. de cibis boni, & mali ſucci in illa Annonæ caritate, quæ gentes Imperio Romano ſubiectas afflixit. Maxima, ac horrendiſſima ſucceſſit peſtis, quæ potiſſimè inopes, & ruſticales extinxit, quàm ciuiles homines, ac vrbanos. Nàm cùm intra vrbem degebant, ac quæ eorum victui erant neceſſaria pro hyeme, ac ad reliquum tempus ſuffectura ex eorum agris maiorem partem frumenti, hordeique vnà cum corealibus fructibus intra Vrbem induxerunt, ac minori parte ruſticis, & agricolis

C de

Digitized by Google

derelicta ſub hyeme, & verè iam conſumpta pro ſemetipſis alēdis,ac prę inopia agreſtibus quibuſcunq; oleribus,crudis,vel decoctis fructibus , ac arborum ramuſculis , & quibuſcunq; virentibus veſcebātur.Indèq; in fine veris,& ineūte Aeſtate in cute varijs vlcerū modis laborauerunt,ex quibus Flegmone,ac eriſipelate maligniſſimo affligebantur,aliqui ſerpiginē,alij impetigines, vel quaſi ſcabiem, vel lepram patiebantur, nō nullis inſtar carbunculi,& alia cum febre acciderunt. Quare ex his ita malè affecti vix pauciſſimi mortis periculū euaſerunt,quin alui deiectiones grauè olentes mordaces , atq; inteſtinorum tormina afferebant. Vrinæ etiam cum acredine, & grauè olentia veſſicam nonnullis exulcerabant.In alijs verò febres cum olido ſudore ſuccedebant,vel abſceſſibus putredinem contrahentibus iudicabantur. At quibus nihil horum ſuccedebat, vel inflāmatione alicuius viſceris tenebantur, vel vehementi, prauaq; febre interierunt.

Dùm enim hac acciderunt , & neceſſariū erat ſanguinem mittere, Medici abſtinebant , ex quo duorum alterū ſuccedebat. Vel ſtatim vires proſternebantur. Vel dùm ſanguis exibat erat peſſimi aſpectus, multæ acrimoniæ , & peſſimæ eroſionis. Nam ſi ſtatim venam diſſeptā pungebant, ac vlcuſculum egrè ad cicatricē coibat . Et omnia erant propter corruptam ſanguinis naturam

ob

ob victus prauitatem moriebantur gentes, quarũ interius cauſa erat. etiam Aeris corruptio, vt cauſa agens. Materialis verò humorum corruptio, & putrefactio ob eorum prauam qualitatem à calido natiuo non regulatam. Quibus de cauſis, & ſi non erat cauſa materialis communis, vt aquarum copia pro potu improbarum. Nihilominus præcedens praua illa victus ratio circa cibaria æquiualebat, aquis ſuperabundantibus non probis ad communem vſum, ſicut Nolanis, & alijs Campaniæ locis ſucceſſit.

Verùm antequàm de mala qualitate aeris, vel aquarũ agamus vti Medicus Phiſicus de putredine, & in hominibus corruptione in humoribus quo modo ad hominũ interitũ fiāt, aggrediamur.

De Putredine.

GAlenus 11. Meth. c. 8. dicebat, putredinem eſſe mutationem totius eputreſcentis corporis ad corruptelam à calido externo, hinc patet differentia putredinis, & corruptionis. Nam ſi benè conſideremus, putredo eſt mutatio in humoribus ſecundùm qualitates actiuas, & paſſiuas ad inuicẽ contrariantes, à qua calor putridus extraneus oritur, & febris putris appellatur, & denominationẽ, ſiue nomenclaturã ab humore proprio, vel dominãte ſortitũ, ſi fuerit bilis biliosa, &c.

De Corruptione.

Corruptio ergo eſt ad vltimum terminũ putredinis, cùm putredo, vt ſupra, ſit via ad corruptelam. Quare 2. Aph. commento 18. dicebat Galenus, quando putredo eſt in via, ad priſtinam naturam reducibilis eſt, exemplo ſumpto à vino aceſcere incipiente, nàm cùm exactã aceti naturam acquirat, nec reducibile eſt ad priſtinam naturam, quia vinum corruptum eſt, nec amplius vinum, ſed acetum factum eſt. Sic quidem in humoribus putrefieri incipientibus contingit; nàm dùm ad ingentiſſimum, ſiuè vltimum putredinis gradum deueniunt humores, putredo incorrigibilis remanet, nec putredo amplius dicitur, ſed corruptio eſt, & dicitur. Sed dùm putredo aderat, nempè via ad cõrruptionem multitudinem potius appellabant, attamen humores, qui ad effatu dignam deuenit mutationem naturæ contrarium, cùm non poſſit demùm à naturæ coctione iterum ad priſtinam redire bonitatem, corruptio eſt.

Remanet ergò, quòd corruptio mutatio eſt ſecundum ſubſtantiam in extraneam naturam, quæ ſtare poteſt ſine febre, & tamen adueniente febre ex noua putredinis cauſa, quæ ſimul verſus cor agunt, agente ſui proprietate putrido calore, ac effumante, & corruptionem impellente cor-

dis

dis temperies aboletur, & mors tandem neceſſario ſuccedit.

Corruptio duplex eſt, vel ortum habens à putredine, & ea, quæ præcedentem habet febrem, & hæc eſt, quæ deuenire poteſt ad ſummum putredinis gradum; & mutationem ſecundum ſubſtantiam acquirit. Alia eſt, quæ, neque à putredine, neque à febre ortum habet. Et tunc fit, cùm alimentum non poteſt tranſire in naturam aliti, & aliam naturam extraneam acquirit, vel ſi humores à natura recedũt ab aliqua potiſſima cauſa extrinſeca, & ſic mutati extraneam naturam acquirunt, vt à veneno, ab alicuius morſu canis rabidi, vel ab inſpirato aere prauo, vel prauis ſuccis, in corpore genitis à malo regimine, vt dixit Galenus. Exemplo ſumpto ab humoribus intra vaſa contentis, vt potè quando ſanguis corrumpitur, & aſpectu terribilis apparet, vt quando ſecatur vena, videtur quemadmodum Galenus dicebat in lib. de cibis boni, & mali ſucci cap. 1. In illa Annonæ caritate, &c. ac etiam patet de corrupto ſemine in viro, vel in muliere, quæ corruptio ſine febre praua inducit Syntomata & quãdoque mortem, non ſecus ſi mortiferum hauxiſſent venenum, vt Gal. 6. de locis a. cap. 5. Quippè vt diximus fieri poteſt cum febre, & ſine febre etiam ab aliqua cauſa externa, vt ab Aere, vel Aqua praua qualitate inquinatis.

Verùm

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Verùm corruptio,ſiuè putrefactio,vel in aere fit tanquam in ſe ipſo, vt quando cauſa ignoratur manifeſta ; & tunc ad Aſtrologos eſt recurrendũ tanquam à Cœleſtibus coſtellationibus, de quibus inferius dicemus, vel corrumpuntur humores, vel ſpiritus,ſiuè putrefiunt ab aliquibus cauſis halituoſis praua qualitate infectis, vt ex barathro, ſiue terræ hiatu,vel loco ſtagnante,vel paludoſo,aut ex cadaueribus inſepultis,etiam à locis longinquis, ſicut ait Gal. primo de differentijs febrium cap.4. vt in illa peſtilentia ab Aetiopia ad Greciam, & cætera id genus.

Rurſus ſi putredo ſola ſit abſque quòd deueniat ad vltimum gradum, vel aſſocietur,cum inuenta corruptione in humoribus ex ſe ipſa agit rõe intemperiei,& niſi ad dictam immodicã intẽperiem deueniat, nõ poterit virtutẽ proſternere.

Et etiam corruptio ſtare,ac lätere poteſt in humano corpore, paulatim agendo, & incrementũ ſuſcipiendo, ita vt tractu temporis pauca Febricula occaſione hominem ad necem ducere poſſit, vt dicebat Galen.3. de criſibus cap.4. Debiles enim febres ſunt quandoque valdè malignæ, & c. Quod confirmabat in tertio,de morbis vulgar. com. tertio teſt. 75. dùm agebatur de quodam Phrenetico dicens poſſe generari in humano corpore corruptelam in humoribus veneno non abſimilem, vel morſui venenoſo alicuius virulentæ

rulentæ beſtiæ. Verùm exageratio cauſæ non poteſt ſimul cum effectu eluceſcere, nempè morte; nam cauſæ pedetentim, & in dies exagerantur, atque dùm eò deueniunt, quò ſit poſſibile; ſtatim mors ſuccedit. Exemplo ſumpto in cõmorſis à Cane rabido, dùm rabies illa paruæ molis ſit, quæ quamuis nõ ocietur poſt morſum, nec ſui ipſius aliquam notam oſtendat, intereà multa facta temporis intercapedine noxa apparet.

Patet ergò, quòd cauſa, quæ rabiem effecit lõgo iam tempore augetur dùm eò tandem deuenerit, repẽtinam mortem afferat illis, vbi primam aquam aſpexerint, corripiuntur formidine, atque breui poſt tempore moriuntur.

Similiter etiam in humoribus accidit, dùm aliquis vitioſus genitus ſit humor, letali veneno non abſimilis, agens aliquid paulatim vicinis in corporibus, ſeù particulis, qui quando vitio oportunus eſt, vt ad tantùm corruptionis gradum deueniat letale ſyntoma apparet, & moritur, & taliter ſuccedit quoquè in his, qui abſque cauſa manifeſta de repente moriuntur.

Atque tempore peſtis dùm ſimul putredo, & corruptio inuadunt, prauis interdum præparatis ſuccis hoc fit tanquàm à potentiſſima cauſa agẽte, vt aliàs diximus, & mors breui ſuccedit.

Poſt quoq; ſimplicẽ putredinẽ corruptio eluceſcere ſolet, vel lãguentiũ erratis, vel Medicorũ

impe-

imperitia poſt multos dies ab ægritudine. Cùm enim febres mites ab initio erant, & poſteà inſurrexerunt, ac poſt dies multos moriuntur.

Putredo igitur ſola ſtare in humoribus quoq; ad putreſcendum paratis, ſicut corruptio, nec adeò erit periculoſa, niſi ad ſummum putredinis gradum deueniat. Verum ſi ſimul iungantur, ſiuè tempore peſtis, vel in morbis tantùm populariter vagantibus, vel in morbis ſparſis victum comitantibus perniciem indubitatam producere poſſunt.

Et ſic etiam ſi corruptio effatu digna fiat, vt diximus occaſione exiguæ febriculæ perniciem inducit, vt in loco allegato de criſibus lib. 3. cap. 4. debiles febres quandoque ſunt valdè malignæ, &c.

Eſt quoque alter miſtionis modus putredinis, & corruptionis adnecandum facilis, ſi Aer, quem inſpiramus ſuſcipiat aliquam malam qualitatem, vt ab aliquo baratro, vel carcere, vel detruſo aere in aliquo loco ſuffocato, vt ex ſuffocatis tugurijs, vel aliquo ſepulchro, vel antiquo puteo, dùm ab ipſo ſentina graue olens extrahitur, vel ſi paludes effodiuntur, ſicut euenit Venetijs in illa peſtilentia anno 1535 in qua pleuritici, & anginoſi moriebantur. & cætera id genus.

Verùm dũ de putredine, vel corruptione tractat̃ ab intẽſo, & à remiſſo ſumi poſſe iudicamus. Nàm

Nàm quandoque putredo erit multa, & corruptio pauca. Quandoque multa corruptio, & pauca putredo, quandoque multa putredo, & multa corruptio. Quandoq; pauca putredo, & pauca corruptio.

Si fortè multa putredo, & corruptio pauca erit, Syntomata multa apparebunt, ſed non ita periculoſa, & hoc Galenus 3. de criſibus cap. alleg. intendebat aliæ febres calidæ incendioſæ, vt aliquando ſtomaco anguſtiam, & c.

Si autem pauca erit putredo, & pauca corruptio tuta ſalus erit, paucis, vel nullis ſyntomatibus potiùs ad calorem putredinalē ſpectantibus.

Modus enim agendi vtriuſque tàm putrefacti caloris, vel corruptionis in nos taliter operatur. Agit corruptio praua qualitate putredinoſi febrilis caloris impulſu verſus cor effumans, & ſic temperiem deſtruendo cordis proſtratur virtus, ac mors neceſſario ſuccedit. Omnis enim immodica intemperies virtutem proſternit.

Diximus ergò, quòd quando corruptio præcedit putredinem cum Galeno in Epidemijs licèt clàm, & occultè dùm agat canis more inſidiantis. Nihilominus accedente occaſione aliqua, vel intempeſtiuo motu, vel Veneris vſu, & cæteris huiuſmodi vti rabies excitatur, & mox exitium inducit, & in libro de Cibis boni, & mali ſucci corruptio manifeſtè præcedebat putredi-

 nem

nem in humoribus propter illam Annonæ caritatem,& tandem apparebat maniſeſtè ex ſanguinis miſſione, & Syntomatibus apparentibus,nulla adhuc exiſtente febre.

Cauſæ ſiquidem corruptionis poſſunt eſſe internæ, & externæ, nempè quando humores in corpore naturam propriam amiſerunt. Internæ, vtpotè vitium alicuius viſceris, vel in parte corporis, in qua portiuncula alicuius humoris corrupti contineatur, vt in Epilepſia per conſenſum dicente Gale. 3. de locis affect. vel inutero, vt in hyſtericis mulieribus 6.de locis affect.cap. 5. vel in vlcere intrinſeco, vel extrinſeco putrefacto, cùm alimentum ad partẽ illam demittatur,quod non potens acquirere propriam naturam ad nutritionem deputatæ particulæ, Indè fit vt in excrementum inutile mutetur, tamquam ineptum ad nutritionem, quod idem euenire poteſt in aſſuetis ad venereum vſum, qui dum eo priuantur; ſeminales humores, qui olim ad deputata vaſa mittebantur naturaliter loquendo pro ſobole propaganda,ſiue duce natura.moxque cùm exitum non habeant, nec ad nutritionem deputari poſſint inſeminabilibus vaſis morã magis, quàm par ſit,dùm contrahunt,neceſſario alterantur,& corruptum iri neceſſe erit, & ſic venenoſam naturam acquirunt. Sed ex naturæ prouidentia niſi copia ſit multa exagerata ob victus incontinen-

tiam

tiam per diuerſa loca corporis expelluntur, vt videre eſt in mulieribus viduis præſertim, quæ in Hyſtericam ſepiſſimè paſſionem incidunt authoritate Galeni loco allegato 6. de locis affectis. Poteſt enim in hyſtericis mulieribus ex retento, & corrupto ſemine, & ſi vapor prauæ qualitatis eleuatur ad partes principes veluti aura frigida calorem extinguendo natiuum. Vndè vix reſpiratio apparet, ac ſupine ſemimortuæ iacent, & quandoque veluti apoplecticè etiam ea propter moriuntur.

Poteſt quoque in cauſa eſſe non ſolùm à veneris abſtinentia, verum etiam, & immodicus ipſius vſus, nàm ob vaſorum ſpermaticorum frequentem inanitionem, nè vacua remaneant. Noſtis enim naturam vacuum tantopere horrere, vnde ſemicoctis humoribus à vicinioribus partibus repleantur, qui dùm in naturam propriam non poſſint de facili mutari, fit, ut corrumpantur, & alienam naturam acquirant, ac alios humores corrumpant; poſſunt quoquè humores ad corruptelam trahere animi paſsiones, triſtis enim (ut dicũt) ſpiritus eſiccat oſſa.

Aduertendo tamen, quomodo intelligatur illud ſemen diù retentum generat uenenum. Sed Venenum aliud non eſt, niſi naturæ hoſtis, quare quodcunq; naturæ aduerſatur hoſtiliter uenenũ dicitur, cùm enim ſemen diù retinetur, & multũ

eſt, naturæ hoſtis efficitur, donec ipſum ſuperauerit, atque uias adinuenerit, per quas ipſum expulſioni tradat; Vndè ſemper natura noſtra intẽdit nocuum, uel ſuperfluum expellere quocunq; modo poteſt, at facilius ſi in pauca quantitate eſt. At licèt de intentu naturæ hoc excrementi genus omnibus generare ſatagat ad perpetuandum humanam naturam, tamen non æquè omnibus hoc uſu uenit: Quinimò in aſſuetis ad uenereum uſum, & in ijs, qui otio degunt, & crapuloſè, & immodeſtè uiuunt, ac licentioſè; Secus autem ijs, qui ieiunia frequentant, diſciplinas exercent, ac bonorum colloquijs, & orationibus uocalibus, atque mentalibus exercentur. Inde gratia Dei, & meritis Sanctorum animo, & corpore caſtè uiuunt; & ſic etiam ſi olim malus præceſſerat habitus: bona deinde opera, & gratia Dei, nec aliter in corpore, & in anima niſi perfecta ſalus ſubſequitur: quòd ieiunia poſſint hortodoſa Noſtra Sancta Eccleſia in præfatio quatrageſimali canit corporali ieiunio uitia comprimis, mentem eleuas, uirtutem largius, & præmia: unde noſtræ Religioni hoc negotium non obſtat, nec uenenũ fieri in uiris timoratis cum temperatis, & ſanctis moribus fieri poteſt quin ſi aliqua portio ſeminis gignitur per diuerſas corporis partes expellitur per meatus urinarios, per poros, per aures, per oculos, per canales excrementorum, per ſuturas,

per

per nocturnas pollutiones, per quaſcunque partes natura congruas inuenire poſuerit. Et ſi Galenus in 6. de locis affectis adducit exemplum de noxa ſeminis, de hyſtericis mulieribus, & viduis hoc ſub audire licet, quia intemperatè, & licentiosè vixerant, olim, & adhuc viuebant abſq; bonis Religionis moribus, & ſic Religioni non obſtant medicinales ſuperius poſitiones de ſemine retento, nec aduerſantur.

Cauſæ verò externæ innumeræ eſſe poſſunt, cùm per corruptionem, & prauam qualitatem naturam propriam amiſerũt, vt cibus corruptus actu, vel potentia, vel morſus alicuius virulentæ beſtiæ, ſicut narrat Galenus in 6. de locis affect. de quodã ſeruo Imperatoris, qui deputatus erat ad viperarum venationem, dùm fuit commorſus in digito à vipera, & ſtatim auriginoſus, ſiuè ictericus euaſit à pari in commorſo à cane rabido, nec non etiam ab auſto alicuius veneni, vel ab Aere vniuerſali corrupto inſpirato, vel particulari nempè alicuius carceris, & cæteris id genus.

Poteſt quoque cauſa eſſe aquarum communis vſus prauæ qualitatis inquinatarum, ſicut apud Nolam contigit temporibus noſtris, & alijs Regionibus finitimis, & in particulari vidimus, & obſeruauimus quendam virum, qui dùm extrà Neapolim eſſet. Iuxtà Patriæ Flumen cùm ſitiret, quandam ſtagnantem aquam dùm bibiſſet, in

qua

qua buſonum, & ſerpentum copia degebat, ſtatim in febrem incidit, & Auriginoſus factus cœpit nauſeabundus bilem euomere per quatuor dies continuos, & quicquid ſumebat in vitellinã bilem vertebatur. Vndè nullo modo potuit, nec medicamen, nec venæ ſectionem ſufferre, & ſic quarta die extinctus eſt. Valdè etiam communis vſus aquarum non ſolum in Epidemialibus morbis, ſed etiam in quibuſdam terris poteſt naturaliter agere, & diuerſas operationes in naturis humanis producere tantæ potentiæ eſt, vt apud quoddam Calabriæ Oppidum iuxta Terras Principis Biſiniani nomine Pulicaſtrellum, quod eſt, à quibuſdam Montibus circundatum, & torrente perquam rapido vallatum, dùm gentes incolæ quadã cruda, vel incõcocta aqua inibi ſcaturiente vtuntur magna ex parte in gula botiũ habent. Quinimò per quàmplurimi adſunt, qui Naniformem naturam gerunt, monſtruoſam ſiquidem capite magno, collo difformi, exilem vocem habent, vix loquuntur, ac à Belluis parùm diſtant, nàm rationis vſu vix vtũtur, quod enim ab Aere, ac aquis, quibus vtuntur, vſu venire fatẽtur, hinc benè Hippocrates de Aere, Aqua, & locis dicebat. Dùm ad incognitam vrbem deuenies, ſitum inſpicias, vbi collocatur, quibus ventis perflatur, ac quibus Aquis vtatur. Et ſic hominum mores, ac naturam facilè dignoſces. Poſſunt ergò vti exter-

ternæ,

ternæ,& potentiſſimæ cauſæ naturaliter, & preter naturam homines, ac hominum temperiem Aer, & Aqua mutare quomodolibet ſe habeant. Sed magis vniuerſalis eſt Aer,quàm Aqua,& perſpicuè videmus in Aquis Thermarum, Puteolorum, & totius orbis terrarum.

Cùm enim de Aere,& Aqua diximus, quoniã in Mundo ſunt, & Mundi partes vti Elementa, & vt talia corruptionem, vel putredinem ſuſcipere poſſunt in ſe ipſis, vel ab alijs cauſis,ut diximus, fortè ab aliquo loco prauam qualitatem eis communicantem proximo, vel longinquo, quod idem euenire ſolet etiam ex cauſa, & qualitate occulta aliquarum conſtellationum, cùm aſtra elementa immediatè alterare poſſint motu,& lumine configuratiuò.

Aer ſiquidem in ſe ipſo corrumpi, vel putrefieri contingit, dùm anni tempora decentes, ac naturales non ſortiantur conſtitutiones, & qualitates,vtpotè ſi ad ſiccius, humidius, frigidiusuè, ac calidius mutationem ſuſcipiunt. Inde corruptiones. Nàm cùm Aer ſit Elementum vitæ neceſſarium, quo omnes uiuentes utuntur, eſt profectò, & erit omnium qualitatum ſuſceptiuum. Et tanto magis ſi ab humida conſtitutione craſſior, quam par ſit euadat, perquàm facile putredini, ac corruptioni erit obnoxius, ac putredinẽ, & corruptionem pro tempore retinere valet magis

gis

gis quàm ſi tenuior fuerit, qui pro ſua tenuitate facilius penetrat, faciliuſque agit, ac prauam qualitatem ſuſceptam remittit, & ad benignius mutatur, quàm craſſior Aer, & malè ventilatus, & cauus. Quippè qui dum malam qualitatem retinet homines diutina calamitate lædere poteſt, & tantò magis ob miniſtrantes conſtellationes, de quibus inferiùs habebitur ſermo. Sed quia tàm putredo, quàm corruptio ſi modum exceſſerint, vulgares morbos, uel peſtilentiam cauſare poſſent, rationi ergò conſentaneum erit, de peſte tãquàm de validiori morbo conſentientibus Aſtris in hominem minitante proximè aliquid pertractare. Et Primo.

DE PESTE.

PEſtis ergò eſt quidam pernicioſus affectus in corde cauſatus à quodam uapore in Aere concreatus vitali ſpiritui, ac humoribus in partibus naturalibus, & ſpiritualibus inimicus, qui dùm cordis corpus præoccnpauerit, dicẽte Galeno 3. de prẹſagationibus ex pulſibus cap. 3. quã medicinam excogites? Et licèt Galenus de putredine loquatur, ſubaudire licet etiam de corruptione, quæ uel fundatur in ſpiritibus, uel in humoribus, uel in ſolidis cordis. Quare trifariam oritur febris, vel diaria, uel putris, uel ethica, & ſi tot

ſi totcunque peſtilentialis eſt mobus. Verùm ſi non erit à potentiſſima cauſa ad extraneam morbus naturam mutatus, non facto contagio, Vulgaris dicetur morbus, non peſtis, licèt pernicioſus ſit, ſicut in præterito Anno 1600 accidit vbi licet tanta hominũ ſucceſſit pernicies, Tandem abſuit contagium, ſed tamen ſemipeſtis morbus habitus fuit. Fit enim peſtis præ Aeris craſſicie, & miſtura, ſiue praua qualitate in homines cum putredine humorum ad putreſcendum paratorum, & ita ſe habent homines in eo degentes ſicuti piſces in turbidis cœnoſis, ac fetidis ſtagnãtibus Aquis. Verùm quandoq; ſi Aer mala qualitatè fuerit affectus, hominibus tantùm pernicioſus erit, & cætera viuentia ſalubriter degere ſolent pro ſignorum diuerſitate in Zodiaco, vbi fuit Eclypſis Cometa, vel ſuperiorum conſtellatio. Vndè notat Sueſſanus in Commentario Apotelaſmatum Ptolomei fuiſſe per ipſum obſeruatum, non multis antè Annis. Cùm Saturni, Martiſque coniunctio in Tauro horrendiſsima frigora excitaſſet, obſeruauit magnam bobus calamitatem attuliſſe. Ex qua inquam ouis tollerando frigora eſt imbeccillior. In boues tamen peſtis illa deſæuit propter ſignum cœleſte ad quod terreſtris bos refertur. Quæ coniunctio ſi fuiſſet in Ariete, nimirum in oues graſſata eſſet. Et addidit obſeruare non ſemel defectus Solis, & Lunæ in

E ſignis

ſignis humanis horrendiſſimas hominibus calamitates excitaſſe. Hiſmet temporibus obſeruaſſe ait defectionem,in ipſa nauis imagine,& non multò poſt ſecuta fuit magna nautarum iactura, ſiue naufragium.

Rurſus autem de peſte generaliter dùm vt à ſuperioribus conſtellationibus ortum habet tanquàm à potentiſsimis cauſsis, tripliciter magna dici poteſt, vel quia diù perſeuerat, ſicut fuit illa Mediolani ſub anno 1451. quæ in campania ſub anno 1053. præſertim, licèt per totam Italiam per biennium, & plus durauit. Vel quia admodum eſt exitialis, quamuis non longo tempore duret, ſimilis illi, qui ſub anno 1524. quæ in eadem met Ciuitate,& Venetijs breuiter interfecit, quamuis nec diù perſeuerauit, & tandem pleroſque occidit, vel nec pleroſque occidit,ſed plurimi euaſerunt. Veluti ſub anno 1523. In quo apparuit ſudor ille Anglicus etiam Mediolani, nàm plures inuaſit, quàm interficerentur, & tandem pro peſte habitus fuit morbus ille, nàm quemcunq; inuadebat infra ſpatium 24. horarum, vel pleroſque ad ſpatium ſex horarum interficiebat, licèt aliqui euaderent.

De Peſte ſiquidem per multos authores tractantes vidimus antiquiſſimos, quam Deus à nobis auferat. Sed quia ab initio noſtra intentio de peſte agere non fuit, niſi cauſas indagare noſtrarum

rum

rum calamitatum circa vulgares morbos, qui in præterito anno 1600. vulgabantur, pręſertim per Campaniam, ac totum Regnum Neapolis, de quibus cauſis inferius pertractabimus, ac proinde obſeruationes antiquorum etiã enarrabimus.

Cauſarum generalis diuiſio.

Calamitatum cauſæ, vel ſunt particulares, vtpotè hominum Geneſes vel generales, vt luminarium luminis defectus, eorumq; Synodi, vel Annuæ conuerſiones, crinitæ ſtellæ, vel ſuperiorum coniunctiones. Quæ quidem cùm noſtrarum calamitatum cõſtellationes ſint, & generales cauſæ, ab ipſis particulares à nobis excludantur, tum quia nimis curioſæ, tùm quia minoris certitudinis, ideò de ijs hactenus. Nunc de generalibus tantũ cauſis, & effectibus agemus.

Generales ſiquidem cauſæ etiã generales euentus producunt, qui contingere poſſunt pluribus hominibus, vt peſtis, bellum, & cætera generales planè cauſæ, vt ſupra diximus, ſunt luminarium defectus, crinitæ ſtellæ, trabes, tubæ, Dolia, luminarium Synodus, ac trium ſuperiorum coniunctio. Ex quibus quatuor generales effectus emergunt. Verùm cùm generales effectus diuerſi generis ſint. De effectibus in hominibus tan-

tãtùm contingentibus, nempè de peſte, vel ægritudinibus vulgaribus tractabimus. Alijs ſiquidem ca lamitatibus omiſſis, nunc autem quantum ad noſtrum inſtitutum pertinet, agamus.

Conſideratione intereà dignum eſt, ſtellas age re motu in nobis, & lumine pro quanto varias motu configurationes indúcũt cum cæteris ſtellis, & inter ſe varios ſitus poſſident, efficiuntur in ſuis peragrationibus interdum triangulæ, interdũ ſexangulæ, & interdum quatrangulæ, quandoq; oppoſitè, interdum coniunctè, modo Occidentales, interdum matutinæ, aut veſperinę: modo ſunt in cardine, nunc verò cadentes. quandoque aſcendunt, nunc ad verticem videntur, iamque declinant modo ad contrarium viſuntur; modo ad Septentrionem ſunt aſcendentes, modò ad Auſtrum deſcendentes. Stationarię nunc ſunt, ac mox retrogradæ reperiuntur. Nunc tardæ, nunc veloces, ac ſubindè vires differentes aſſumunt. Et ſic ob luminum variationes in nos diuerſimode agunt.

In Luna enim apertiſſima ratione obſeruare licèt. Nàm cùm à Sole diſtat partibus 45. cornicularis efficitur. Cùm partibus 90. ſemiplena dimidiata videtur. Cùm autem 135. partibus à Sole differt prætumida obſeruatur. Cùm verò Diametra plena eſt, & 180. partibus à Sole differt.

Vndè

Vndè mox alij ſuccedunt aſpectus, eodemmet modo, & dexteri vocitantur donec ad congreſſum, vel ſynodum iterùm coeant Luna, & Sol. Sola enim luna faciem mutat, reliquæ verò ſtellæ, minimè, cum à ſe ipſis lumen habeant. Agunt enim ſtellæ ſenſibiliter, & inſenſibiliter agunt, dũ ſub terra occultantur clàm, & occultè inſenſibiliter, quæ opus producunt, nàm terræ craſſicies radios ad nos palàm demitti prohibet. Verùm etiamq́ licet ſenſibiliter agant, etiam inſenſibiliter ãgere, quis prohibet? Quia virtuales, & occultas operationes indifferenter multiplicare poſſunt per denſum, & rarum, vt patet in intentione ſoni, qui percipitur etiam vltrà parietem. Operationes ſiquidem Solis, & Lunæ, tùm quia magnitudine & luminoſitate maiores, tùm etiam quia ſitibus propinquiores ſunt. Eſt enim Luna nobis finitima. Sol verò in medio, qui vt ait Cicero. Aſtrorum obtinet principatum, vti Rex inter aliàs ſtellas, qua è re cauſæ generales ita collocari debent, vt primo loco luminarium defectus habeantur. Secundo loco crinitæ ſtellæ. Tertio loco luminarium Synodi. Quarto, & vltimo ſuperiorum coniunctiones, & fortaſſis crinittæ ſtellæ pollentiores ſunt Synodis luminarium. Cùm vel ſimul cum Eclipſibus, vel non multò poſt eluceſcant, quæ debiliores ſunt ipſis Eclipſibus, augent enim ſignificata Eclipſium, ſi cum ijs cõſenſum

ſenſum aliquod habuerint. Verùm aliqui tenent, ſynodus eſſe pollentiores coniunctionibus trium ſuperiorum iuxta mentem Ptolomei, qui à tranſctibus huiuſmodi planetarum maiorem vim ſuſcipere luminarium coniunctiones æxiſtimat. Et ſic primo loco, vt diximus, deliquia luminarium ſunt collocanda, ſecundo loco crinitæ ſtellæ. Tertio luminarium Synodi, ſed non equè, nàm primum ſibi locum vendicant, quæ procedunt puncta æquinoctialia, & tropica, vtpotè quantũ ſignificatio ſaltim ad ſolam Anni quartam extẽdi poteſt, addendo quæ ſingulis menſibus accidunt, vltimo loco trium ſuperiorum conſtellationes, ſimpliciter acceptæ, & quatenus nihil commune habeant cum coniunctionibus luminarium; & ratio eſt: quia cùm luminaria agant tanquàm cauſæ vniuerſales, reliqui verò planetæ tanquam particulares; nimirum ſi debiliores, nõ enim habent vim præueniendi, quæ à cauſis vniuerſalibus fiunt, ſed tantum eorum effectus intendere, vel remittere. poſſunt. Sol igitur primarias vires exercet; ſecundas Luna; quinque erraticæ, tertias; vltimas verò ſtellæ, quæ fixas appellitãt. Sol quidem vti Princeps magnitudine, & lumine Lunam ſuperat. Luna verò maior eſt erraticis, quanto enim luce, & corpore inualuerit, tantò ipſas exuperat. Verum inter erraticas tres ſuperiores duabus inferioribus pollentiores ſunt,

tùm

rùm quia parùm à Sole elongantur, ideò magna ex parte combuſtæ, ac proſtratæ iacent. Ideò rectè cœleſtium rerũ ſcriptores Solem Regi, Lunam Comiti, vel Duci, Saturnum, Iouem, & Martem, Tribunis, Venerem, & Mercurium cubicularijs comparauere. Verum tanquam à notioribus pauca de luna dicamus.

DE LVNA.

MIra etenim de Lunæ effectibus in terris obſeruamus. Nàm quater in menſe, ſi cum Sole configuratur, variàs in nobis operationes producit. Cùm profectò ex cœleſtibus Aſtris nobis magis citima, ac proxima ſit. Vndè, ſuperiorum corporum effectus, & proprios ad nos medijs elementis refundit. Et propterea omnia, quæ in Mundo ſunt, alterationem ſuſcipiũt. Per Lunam ergo Mare creſcit, atque decreſcit, ventos quoque ipſa mouet, pluuiaſque producit, animalium humores auget, minuitque; poſtremò hominum (vt aiunt) cerebrum in vulneratis maius modo minuſq; viſitur. Dum Luna plena, vel lumine minuta videtur varias ac miras operationes videbitis. Nàm dùm in plenilunio ſecta ligna cernuntur, citius carie corroſa, vel caduca notantur. Contra verò in Lunæ defectu, ſi ligna, arbo-

boreſque ſecantur, incorrupta manent, ac multa per ſecula durant. Carnes quoque animalium mactatæ, nuper ſi lumina Lunæ reſpiciant, ibidemq; mirantur indicibili qualitate præmuntur, quas poſtremò carniuora nullatenus degustare audent. Atque etiam ſi ſub Lunæ lumine cuipiã dormire contingat, ipſius vultus fœdo ſqualore mutabitur mẽſes etiam mulierum emanare facit, ac fœtus ad lucem ab vtero feſtinare curat. In morbis deniq; criſes vtcunque ſollicitat, hæc, & alia producit Luna creata in Mundo.

DE SOLE.

SOL quidem omnium Aſtrorum Rex, Cœliq; clariſſimum lumen, ac omnium viuentium vita, qui tẽpora cuncta moderatur, dies, menſes, & annos diſponit, mortalibus lucem affert, tenebraſq; repellit. Virentes interdum herbas pullulare, ac flores redolere facit. fruges producit, fructuſq; maturat, Aerem purificat, atque elementa tranſmutat, mineralia quidem vegetare, ac pretioſos lapillos proprijs cum viribus ex terræ viſceribus mira virtute enitere facit. Ipſiuſq; acceſſu, ac receſſu generationem, & corruptionem mortalibus affert, plantas ſurſum extollit, ſiccitatem inducit, humiditateſq; reſol-

reſoluit. Animalia cuncta gignit, alitq; quæ etiam viuere facit. Hominem poſtremò Sol cum homine generat, qui finis creaturarum, & omnium in hoc Mundo entium eſt. vt Ariſt. inde animalium generatione ſcriptum reliquit, hæc, & alia quæ mens humana excogitare non valet, Sol producere poteſt.

Contra verò, dum hæc luminaria defectus patiuntur, hunc Mundum calamitoſum reddunt, & ſic multa mortalibus detrimenta ſuccedunt, præter quam ſi ſtellæ beneficæ deliquio dominentur.

Cœleſtium enim rerũ ſcriptores aiunt in Cœlo duo luminaria, quinque errones fixaq; aſtra à Deo Optimo Maximo fuiſſe creata latione, ac lumine configuratiuo, vt Mundus hic inferior gubernaretur, & ideò mirandum non eſt, ſi ab eis alterari contingat, eoq; magis cum ſitu, & varijs inter ſe configurationibus reſpiciant.

Quà de re multorum annorum obſeruationes docent varias calamitates immitti in genus humanum à ſuperioribus cauſis, propterea quibus plectimur à Deo ob noſtra flagita.

Et ſi varia calamitatum genera ſint, quæ inferius ſæuiunt ad ſeptem genera reduci poſſe reperimus, ex quibus, vel in aquis, & inundatio dicitur, vel in terra, & terræ motus appellabitur, vel erit in ſatis, & ſterilitas, ſiuè annonæ caritas nun-

F cupa-

cupabitur, vel erit in animalibus humanæ naturæ moleſtis, ſiue damnoſis, vt murium, vel brucorum generatio, & calamitas generaliter appellatur, aut erit inter homines. & homines adortus inſultus, vt bellum, vel concertatio, vel erit calamitas circa animalia ad hominum vſum accomodata, vel ouibus, vel iumentis, &c. Et licèt dicetur, vel humano generi tantùm ſæuiet, & peſtis, vel morbi vulgariter vagantes appellabuntur, de alijs verò calamitatibus per epilogum diuerſis temporibus, quæ ſucceſſerunt hucuſq; nobis tantum pronuntiare liceat.

Omiſſis etiam alijs ex numero calamitatibus de ea tantum calamitate, quæ in homines ſæuire videtur ſermonem habere poſſibili breuitate pollicemur, ac etiam antiquorum authoritate obſeruatione, atque ratione freti cuncta tractabimus. Et primo de Eclipſibus.

DE ECLIPSIBVS.

PTolomeus in libr. 2. Apotelaſmatum ante omnia docuit, poſtquam Eclipſis eſt luminum nobis ſubreptio, vel ob Solis deliquium, ob Lunæ interpoſitionem, inter Solem, & oculum noſtrum, vel ob interpoſitionem terræ inter Solem, & Lunam, & ſic Lunaris erit

Eclipſis

Eclipſis. Vndè ſiuè Solaris, ſiue Lunaris à nobis luminis erit ſubreptio luminarium, ex cuius cauſa multæ eueniunt calamitates,in qua cauſa nempè luminarium defectione, quatuor principaliter ſunt obſeruanda loca, quibus euentus prætendũtur. Tempora, genus, & ſpecies; namque eclipſis generalis, imò generaliſſima cauſa cùm ſit euentus non omnibus in locis æqualiter prætendit. Ideoque oportet conſiderare ſignum,ac ſigni naturam ecliptici, inde trigonum, & loca ibi ſubiecta, ac dominum ſigni, qualitatem,ac dominium ipſius, & thema in quo fiat, & thematis locum ad hoc, vt aſpectus hoſtiles in loco ecliptico ſciamus ad quæ ſigna, & quas planetas, ſiuè benefìcas, ſiuè maleficas dirigantur. Nàm non ſolum locum offendit, in quo fit, ſed etiam loca,ad quæ hoſtiliter reſpicit. Cùm enim ſolaris eclipſis ſemper in nouilunio, & lunaris in plenilunio feratur. Conſideratione digna eſt vtraque obſcurationis quantitas; nam & magis, & minus ſuſcipere poteſt. Quamobrem Ptolemeus multa de eclipſibus enarrauit, nec aliam taliter ſtellarum conſtellationum conſiderationem adeò accuratè magnifecit, ſicut de eclipſibus, quibus pollentiores, & potiores in Mundo ſuccedentes effectus pòtius aſcripſit, quàm alijs conſtellationibus. Nàm ſi ad homines referantur cum ab ipſo Sole calorē obtineant, & à Luna humores, dum deliquia pa-

tiuntur, & calor, & naturalis humor aufertur, vt ſupra diximus, & inferius etiam dicemus. Quarè poſt luminarium defectum omnes ſtellarũ aſpectus poſtponere viſus eſt. Vnde dicebat Solaris labor durare poteſt ad horas duas cum dimidia, & non vltra, itidem, & lunaris. Verùm cùm ſol author ſit anni, luna verò menſis, fit, vt horæ deliquij, ſi ſolaris fuerit, annnos ſignificent, vel mẽſes ſi lunaris; vndè ſolaris defectus non vltra biẽnium cum dimidio producentur, lunaris verò vltra menſes tres cum dimidio deliquio terminari erit neceſſe, effectus quoque lunares cùm ad menſes referantur menſales erünt; Itaq; ſolaris calamitas ad biennium cum dimidio, & lunaris ad menſes duos prorogabitur, & non vltra, ſed quãdoq; minus reſpectu vtriuſque: Verum effectus non eodem tempore incipient apparere, ſed pro habitudine loci defectiui ad Cardines, nàm ſi in Horizonte ipſo Orientali fiet intra primos quatuor menſes à deliquio apparere incipient. Si in medio Cœli intra quatuor proximos menſes ſequentes: Si verò in Horizonte occidentali reliquis quatuor menſibus, qui ſunt in 9. 10. 11. & 12. à deliquio. Hinc patet, quòd initium effectus in vtraque eclipſi intra annum incipient: Solares autem eclipſes; acriores etiam in Oriente; debiliores, vehementiores in Occidente: tempora verò incæptionis effectus: & tempora durationis

eclipſis

eclipſis colliguntur per horas deliquij (vt dictum eſt) Trifariam diuiſa.

Nàm ſi fiet Eclipſis in Orientali Horizonte primo triente durationis elucеſcent effectus, ſi in medio Cœli in ſecundo, ſi in tertio triente Occidentali fuerint in quarto triente incipiet effectus remitti, & paulatim extrà graſſabuntur effectus ijs locis potiſſimum, qui cum loco defectiuo conuenient. Hoc eſt ſi locus ille defectiuus incidet, vel eodem gradu vel oppoſito in locum Apheticum, vel alicus vrbis, quemadmodum in genituris hominum fieri ſolet: verum vtriuſque generalis effectus, ſtatim vt ſupra elucеſcere non poteſt niſi facta loci Horizontis differentia, vbi fit eclipſis. Si in Oriente infra quatuor menſes elucеſcere poſſunt effectus, ſi poſt Cœli medium ad menſes octo; ſi verò non procul ab Occidente alios menſes quatuor addi poſſunt, iuxtà loci naturam, & ſic ſi fiunt eclipſes in Oriente incipientes, effectus ſtatim elucеſcunt, & magis Orientales homines lædent, ſi vltra cor Cœli Occidentē verſus Occidentales contingit homines laborare, ex quibus locis pro temporis varietate celeritatem, & tarditatē circa effectus auſpicabimur, ac etiam ab illa hora contingit effectus augeri: Mediocriter deinde in hominibus maxima fiet calamitas, quæ pro ratione durationis laboris, & per ſex vltimos menſes declinari contingit, ſiuè

peſtis,

peſtis, ſiuè vtcunq; vniuerſalis calamitas. Et iſto medio tempore vniformiter non ambulat, ſed ſenſim, & paulatim ſuſcipiendo incrementũ. Verum pro tempore declinat, itaque etiam poteſt ſuſcipere incrementum pro luminarium Synodi varietate, vel quadraturæ, vel oppoſitionis, ac etiam pro ratione ſuperiorum configurationum ſi cum trigono vel ſigno vbi fiet eclipſis conuenerint, ſiuè concordauerint. Aduertendo tamen ad ſigni naturã, vel figuram in Zodiaco, nàm ſi in humano ſigno fiet calamitas in homines ſæuiet, ſi in ſigno ferino in feras, ſi in aqueis aquatilibus dãnum inferet, vt naufragia &c. Si verò in terreſtri ſigno terremotum, & alias calamitates producet, ſi in ſignis tropicis in aere mutationes fient circa mores etiam, ac ciuilia, ſi circa æquinoctialia, ac fixa, vel bicorporea, vel in ortu, vel in medio Cœli, aut in Occaſu ea, quæ Ptolemæus docuit, ſignificabuntur.

Quapropter eclipſiũ effectus variari poſſunt ex figurarum varietate in Zodiaco, vel extra; ac etiam generales effectus variari poſſunt, ſiuè in æquinoctialibus, ſiuè in tropicis, ſeù ſolſtitialibus: in quatuor prædictis ſignis generatim ſtatus aeris, poſt eclipſis effectus, & tempora, in quibus exequtiuum effectum habere ceperunt, mutabũtur, verùm vbiuis fient eclipſes generatim aeris ſtatum denuntiant, vt aeris mutationes, tempora

in

in quibus mutationes ipſæ contingent, & quibus etiam in rebus pro temporis cuiuſcunq; natura. Nam varietates ipſæ, quæque damna è variationibus proficiſcuntur aeris temporum interdum naturam ſequentur. Verno enim inſigno arboribus minantur effectus, quæ tunc pullulant, vel florent, nàm gelu, grandine, vel procellis, imbribuſuè, aut ſiccitatibus offendent. In æſtiuo ſolſtitio ſegetibus, ac omni generi leguminum. In Autumnali quoque vindemijs, ac oliuitatibus, ac fructibus quibuſcunq; damna minitabuntur. Vbi verò in hiberno tropico fiet in oleribus, ac cæteris quibuſque prouentibus damnum ominabitur. Temporales igitur eclipſes, vt Vernæ, Aeſtiuæ, Autumnales, & Hyemales generatim mutationes aeris, exagitationeſq; ſignificabunt in illis rebus, quæ tunc adminiſtrabuntur pro loci, ſiuè regionis natura, ſiuè in terra, ſiuè in mare. Nàm & terra, & mare ab aere circundantur, qua è re ſtrages, & calamitates in terris, & in mare prætēduntur, vt in ſatis, in animalibus, & hominibus, lues, & peſtis ſignificantur in mare piſcium entiū tempeſtates, naufragia, alluuiones, inūdationeſq; producētur, in aere tandem omnigenæ mutationes, & nocumenta. Qualitates tandem erunt ſiuè per exceſſum, ſiuè per defectum, vt per calorem immodicum, intempeſtiuum frigus, ſiccitas intolerabilis, ac nimia putrefactura, humiditas, plu-

uiæ

uiæ nimiæ, exceſſiuæ niues, importunæ grandines, etenim exceſſus pro ratione regionis erunt, vt inundatio Nili in Aegipto tempore conſueto. Tiberis in Vrbe exundatio, vel alijs in regionibus ſimiles effectus. Nociuorum quoq; animalium in terris pullulatio, vt brucorum in Apulia, muriū, vel camparum apparitio in diuerſis Italiæ regionibus, vt olim fuit obſeruatum, & ex his ſterilitates ortum ducunt. Quarè ſi inſigno vernali euentus in vere, vtpotè in floribus, & arboribus damnum erit; & ſic ſi in ſigno Aeſtiuo in tēpore æſtiuo, & in æſtiuis prouentibus damnum ominabitur, & cætera eodemmet modo in alijs ſignis iudicabitur, nàm in vere per Arietem, in Aeſtate per Cancrum, Autumno per Libram, in Hyeme per Capricornum. Inſuper ſi eclipſis erit in ſigno humanæ figuræ, tàm in circulo obliquo, quàm extra, ſiuè ad Auſtrum, ſiuè ad Septentrionem in hominibus preciſè apparere continget. Cùm enim cœleſtia terreſtribus rebus conueniāt. Cùm ergò in ſignis brutorum fiant eclipſes, in brutis damna expectabuntur. Et ſic vniuerſaliter diximus æquinoctialia, & ſolſtitialia aliter, vel aliter ſe habere. circa eclipſium effectus, circa fixa in ædificijs, & fundamentis, circa bicorporea in Imperantibus, vel ſubiectis erunt effectus. Calamitates ergò præſertim in hominibus magnitudo luminarium defectuum declarabit in duratione,

& tem-

& tempore: quæ eluceſcent, & ſæuient, interdũ latitant, vel eluceſcunt, pro varietate etiam luminarium Synodum Synodorum, & ſuperiorum coniunctionum configurationum. Ac etiam inſpectis in themate ecliptico, & præcedentis interlunij, vel plenilunij dominatricibus ſtellis, ſic ſecundum earum naturam de morborum ſpeciebus iudicare poterit ſtudioſus, ſicut fuit in anno 1504. ratione præcedentis eclipſis. Anno 1502. vbi dum Saturnus ſuſceperat dominium in themate, tùm in loco ecliptico, tùm etiam in præcedenti cardine. Et ſic morbi pro ſui ipſius natura ſucceſſerunt, longi, crudi, inconiungibiles à natura, & arte, vt Quartanæ diſtillationes catarrales, crudi abſceſſus, animi merores, inſaniæ, timores, & cætera id genus, vltrà aliàs calamitates, & hæc quò ad bona corporis. Quò verò ad reliqua omittenda eſſe exiſtimaui, circa vniuerſales calamitates.

Solaris autem, ſiuè Lunaris eclipſis à coniunctionibus differunt in duratione, & efficacia. Nã ſolares eclipſes niſi duabus horis ad ſummum cũ dimidia durare poſſunt. Lunares verò horis tribus cum dimidia, & ſolaris eclipſis, ad annos duos cum dimidio; Lunaris verò ad menſes tres cum dimidio durabit. Verum magna coniunctio Saturni, & Iouis per ſpatium viginti annorum, vt inferius latiùs docebimus, quæ dùm eclipſibus

iunguntur effectus erunt communes, & maiores dum conueniant in ſigno, vel ſaltim in trigono, & ſic erunt inexpugnabiles tanquàm à potentioribus cauſis, & tunc morbis pro miſtura ignota remedia erit, & quando experientia Medici fuerint præditi, auxilia inuenient, & in declinatione temporis morbi erunt. Multa vltra hæc Ptolemæus docuit, quæ præ breuitate omiſſimus. Curioſi propterea in lib. 2. Apotel. legere poſſent, reliquum eſt, vt aliqua breuiter de Cometis pronunciemus pro quanto ad noſtrum inſtitutum facit, licet de Cometis multa Ariſtoteles in lib. 1. Metheororũ tempeſtiuum eſt ergò ad alia tranſire, nè potius Mathematicæ, quàm Medicinæ obſeruatoris officio fungi videamur.

De Crinitis Stellis.

MVltos de Crinitis Stellis tractantes legimus inter quos Ariſtotilem primo Metheororum diſputantẽ contra antiquorum opinionẽ vidimus, horum deniq; opinionibus omiſſis veniamus ad Ptolemæum, quid de eis ſentiat in 2. Apothelaſmatum, vbi dicebat. Obſeruandæ autem ſunt Crinitæ Stellæ, ſiue tempore eclipſium, ſiuè poſtea, etiam generatim, quæ dicuntur trabes, Iacula, aut Dolia, & cætera id genus, hæc omnia

omnia pro materiali cauſa exalationem habent, vt dicebat Ariſtotiles, vt cauſam agentem conſtellationem aſſignauit Ptolomæus Mercurij, & Martis, nam bella, & æſtus ſignificantur, & c. Ptolomæus ergò in effectibus vniuerſalium calamitatum, primum locum dedit eclipſibus, ſecundum locum crinitis ſtellis, cum vel ſimul cum deliquijs, vel paulò poſt oriūtur, nam vredines, ſiccitates, ſterilitates, ac bella ſuccedere ſolent, ſed multoties ſunt venenoſæ, & peſtiferæ exalationes, quæ mortem humano generi afferunt. Hinc Iure merito dicebat Ptolemæus ſuperius, cum cæleſtis conſtitutio aliquid ſignificauerit adiutricibus ſtellis corruptiuis, ſiue ſecundarijs vtere, vocauitque corruptiuas ſtellas, & ſecundarias crinitas ſtellas, iaculos, traiectiones, trabes, faces, cadentes ſtellas, & cætera id genus. Quæ obſeruari iubet, vocatque ſecundarias, & corruptiuas ſtellas, quæ ſigna ſunt, quæ conſiderationes cœleſtes ſectari aſſolent, quæq; in Elementis generantur, ſed à viribus ſtellarum actuantur, ſicut Aer à luce; inde ſic actuatæ miras in nos vires exercent, quas nulla ſtellarum ſola, vel cum alia configurata emitteret. In contrarium eſt autem, quòd cauſis vires maiores tribuendæ ſunt, quàm effectibus, ſiquidem effectus vires habēt propter cauſas. Conſtat autem apud Ptolemæum, crinitas ſtellas fluctuari frequētèr ex eclipſibus lumi-

narium, & appellatione crinitarum ſtellarũ ſubauditur de omnibus, quæ in Cœlo apparent viſiones, vt trabes, & cætera: qua ex re cauſę generales, ſic continuata ſerie collocari debent, vt primo loco luminaria habeantur, ſiuè deficientia, ſiuè configurata, ſecundo loco ipſæ crinitæ ſtellæ ſunt collocandæ, tertio loco tres ſuperiores ſtellæ ſunt obſeruandæ. Crinitæ ſiquidẽ ſtellæ ſunt pollentiores ſynodis luminarium, ſed ipſorum eclipſibus, vt effectus ſunt infirmiores. Synodi autem ſunt pollentiores coniunctionibus trium ſuperiorũ. Et ita primo loco deliquia collocentur, ſecundo loco crinitæ ſtellæ. Tertio ſynodi, vltimo coniunctiones trium ſuperiorum concludamus. De ſignificationibus autem crinitarum ſtellarum dixit Ptolemæus, ſpecies euentus, & genus illius rei. In qua damnum accidet à ſignis, in quibus ſunt; accipiantur. Mora temporis, malorum productio, & ab habitu ad Solem, &c. Et à figuris inducentibus loca, multa proſequitur Ptolemæus de ſignificationibus ipſarum. Verùm cùm eclipſibus ſatis ſupra diximus, idem ſubaudiatur de Cometis in ſignificationibus earum videlicet circa loca, tempora, genus, ſpecies, ac colores. Hactenus de Cometis.

De

De magnis coniunctionibus.

APud Cœleſtium rerum Scriptores, maximam certe controuerſiam de trium Superiorum coniũctionibus inuenimus, ſed breuitate poſſibili de eis tractabimus, licèt Ptolemæus pauca obiter tractauerit: omnem.n. Aſtrorum vim, & mutationem in Mundo eclipſibus luminarium, vel crinitis ſtellis conceſſit. De errantium verò coniunctionibus, parum, aut nihil tractauit, differunt enim Authores, fortè, quia in alio opere de eis tractauit, quod ad noſtras manus non peruenit, vel fortè neglexit tractationẽ de eis, quia cuſpides certi non habentur. ſit deniq; vtcunq; de prædictis aliqua breuiter dicamus.

Author in lib. centũ enũtiatorum, ſiuè ſententiarum dicebat, nè prætermittas centum decem, & nouem coniunctiones: nam in ijs poſita eſt cognitio eorum, quæ in Mundo fiunt, & generationis, & corruptionis. qualiter hæc verba intelligantur inferius luculentius exponemus, nàm dixit prætermittendas non obſeruandas eſſe, &c. Albunaxar, Mexalus, & Aliciẽſis, & omnis Arabum familia, ſic dè eis ſentiunt. Omnium enim ſuperiorum ius, & cauſa ſita eſt in ſignifero Orbe, cùm errantes aliæ ſtellæ, & duo luminaria ſub

ipſo

ipſo ſignifero diuerſis ſpatijs ferantur. Iure meritò illorũ coniunctiones conſiderari debent. Nàm dùm adinuicem coniunguntur, duplicatis viribus fortiùs operantur. Dicere enim quid coniunctio ſit, & quo modo fiat longiſſimum eſſet, nec ad noſtrum inſtitutum refert. Sed cur de oppoſitionibus, ac quadratis radiationibus parùm aut nihil dixerint, breuiter dicamus, quòd Diametralis, & Quadrãgularis aſpectus vtiq; ſunt maligniores, velociores, & acutiores; verùm pauco tempore durant; Ideò eorum narrationem floccipendere non ſunt veriti. Verùm cùm de coniunctionibus tantum agerent ad tria genera ipſas reduxerunt. Nempè in maximas, minimas, & medias, atque ita mutationes Regnorum Clymatũ, & omnium, quæ in Mundo contingunt, ijs tanquàm pollentioribus dedicarunt, ſed ſynodis luminarium, vel eclipſibus, ſiuè medijs, ſiuè minimis vires inferiores, ac infirmiores aſcribunt. Verum coniunctionum ordo ſic eſt. Minima harum eſt coniunctio Saturni, & Iouis ſingulis viginti annis ſemel, qui cum duodecies iunguntur vno quoque in ſigno 240. anni concurrunt, in alio trigono poſterius. Vndè minima antedicta coniunctio annorum 20. quibus duodecies deductis fit ſecunda in 240. annis, quibus quater deductis fiunt anni 960. In capite Arietis octauæ, & nonæ ſpheræ, & vt ſummatim dicamus, Prima eſt Saturni,

turni, & Iouis in 20. annis. Secunda in 240. annis. Tertia Saturni, & Martis in Cancro ſingulis 30. annis. Vltima eſt Saturni, & Iouis in capite Arietis in 960. Et has omnes mutationes in Mundo euenire autumant, & reddunt rationes à creatione Addæ, ſiue Adam.

Ex his ergò diuiſibnibus addunt has coniunctiones ſuperiorum maximas habere vires. Quia tardiores, & rariores ſunt, quia grauiores videntur, quaſi in ſolio Maieſtatis ſedere. Cæteri verò fluere, atque defluere, tanquàm leuiores, atque ſubminiſtri. Reſident enim Reges in curriculis ſolijſque, miniſtri verò tanquàm ſubditi ſe mouitant, ac ſubſeruientes ſecundo loco ſedent. Quaere Dilluuia, Regna Portenta, Mirà his tribuũt. Cæteri autem leues effectus, eo, quod quotidiano mouentur motu, ſuntque nobis proximi.

Et verſa vice omnes rationes impugnãtur pro rationibus hinc inde collectis, dicentibus, planetas eſſe cauſas particulares, & luminaria cauſas vniuerſales effectrices, cæteraſque erraticas cauſas particulares, & miniſtras, luminaria principes, cæteros verò eſſe tribunos. Nàm luminaria principaliter agnnt. Planetæ ſubminiſtraliter. Quare dicamus planetas non agere, niſi præſuppoſita actione luminarium ſicuti ſol, & homo generant hominem. Ita luminaria, & errantes ſtellę generant euentus, & hoc per coniunctiones triũ

ſupe-

ſuperiorum tantùm, nàm aliæ coniunctiones inferiorum duorum excluduntur, tùm quia imbecilles, tùm etiam quia magna ex parte ſub radijs extant, & hæc magis rationi conſona videntur. Cùm Sol in Cœlis, vt Rex, & Luna, vt Regina omnium planetarum videantur, à quibus cætera aſtra vigorantur, ac magis illuminãtur, indè Luna nobis magis proxima, ac citima quicquid à ſuperioribus habet libẽtiſſimè refundit, dùm prius media elementa ſuſcipiunt. Quæcunque enim luminaria operantur vniuerſalius, & pollentius operantur, ſecundo loco planetæ cum ſuperioribus, ſiuè nobilioribus obedire tenentur. Concludendo ergò dicamus planetæ conſentiunt luminarium effectibus, tantò magis dùm in trigono conueniunt, & cronogatore ſiuè æquodoſpite.

Sed quia de cõiunctionibus nobis ſermo erat, redeamus vndè digreſſi ſumus Omiſſa coniunctione capitis Arietis Octauæ, & Nonæ Spheræ, ac Abſidum tranſitu de vno ſigno in aliud, de quibus hactenus cùm ſint res alterius indaginis, nec ad noſtrum inſtitutum pertinẽt, cùm potius ad obſeruationes, quàm ad iſtarum rerum ſpeculationes referantur. Verùm de coniunctionibus aliqua breuiter enarrare non pigebit, coniunctionem illam eſſe minimam, quam dicunt Saturni, & Iouis ſingulis viginti annis, reſpectu aliarum, quæ breui tempore ſunt diſcurrentes, magnam liceat

nobis

nobis appellare, aliam verò, quæ ſingulis triginta integris annis fit Saturni, & Martis, mediocrē dicamus. Aliam quoq; quæ viginti ſeptem circiter menſibus contingit, Iouis ſcilicet, ac Martis minorem faciamus; de alijs tandem minimis, parum curamus tanquam breuiter, ac leuiter in Mundo operantibus. Concludendo igitur à luminarium eclipſibus, vti potentioribus ſecūdum locum obtinere coniunctiones non negamus, & ſimul dùm iunguntur pollentiores poſſe effectus producere, dùm in ſigno, vel in trigono conueniant, quamuis per aliquos annos magna dicta coniunctio ſuperiorum præcedat, Saturni, & Iouis videlicèt. Verum de eclipſium effectibus, ſiuè euentibus ad figuram Duodecangulam recurratur. Quò verò ad euentus coniunctionum figuram Sexdicangulam reſpiciamus, ſed qualiter fiant longum eſſet diſputare. Hoc enim tantùm dicamus coniunctio Saturni, & Iouis, quæ ſingulis viginti annis fit, cùm inter alias ſit potior principatum obtinens, eius effectus durare poſſunt vſq; ad aliud ſignum, dùm per figuram Sexdecangulam ſpatiantur, & interim ſi eclipſibus occurrant, ſi Solares, vel Lunares fiant. Inſuper ſiuè aſpectus Lunares ad Solem menſatim in Zodiaco, vel aliarum planetarū tranſitus reſpiciant. Conuenientiam, & diſconuenientiam producere poſſent ſimul ad bonum, vel ad malum. Diximus

ergo effectum magnæ coniunctionis poſſe diſtendi vſque ad aliud ſignum ſpatio viginti annorum, ſi conueniat cum eclipſe occurrente in ſigno eodem, vel trigono vigorabuntur effectus,& luculentiores efficientur,& in menſe pro ratione aſpectus Lunæ ſi conueniant in ſigno , vel Trigono, ſed ſi adfuerint beneficę erunt intentiores pro eo tempore. Et tunc incipiunt in coniunctione effectus, cùm planeta leuis defluit à ponderoſo , in figura ſexdecangula , & magis vigorantur , ſi erit tranſitus planetarum maleficiarum per ſigna Zodiaci.

Verùm experientia , & doctrina fuit obſeruatum circa magnam coniunctionem , vtpotè ſi in ſignis aqueis fiunt, quia Trianguli Dominus eſt Mars, qui ſignificat bella , & mechanicas inuentiones, ob Martem morbos quoque malignos ob Scorpionem, & Cancrum , & miſtionem Martis cum Venere,vel cum Luna,ex quibus multa alia incommoda, ſuccedere poſſent,quæ ſilentio trãſire intendimus. Dicamus ergò,quòd magnæ cõiunctiones Saturni , & Iouis effectus durare poteſt, donec alia fiat in alio ſigno , ſed ipſius initiũ incipit à defluxu leuioris planetæ ad ponderoſiorem per figuram ſexdecangulam cùm primum ad figuræ ſexangulam acedat pro ratione beneficarum ,vel maleficarum ita erit effectus , addẽdo quoque luminarium Synodi quandoque præ-

ſen-

ſentiam, ac vim, vel fortè planetarum tranſitum ſi accidat, per ſigna Zodiaci, & ante omnia ſi aliqua luminarium ſucceſſerit eclipſis, quæ ſi fortè concordauerit in ſigno, vel trigono vigorabitur, & exacerbabitur effectus, ſin minus effectus erũt ſecundum pollentiorem naturam eclipſis, & ipſius Gubernatoris, & ſic quoque ſubaudiendum eſt de alijs coniunctionibus. Fuit ergò magna coniũctio Saturni, & Iouis in Piſcibus ſub anno 1583. Et poſtmodum ſub Anno 1598. fuit eclipſis horrenda Solaris, etiam in piſcibus, cuius Domina erat Venus: vnde facta fuit tanta conuentio in effectibus producendis, quod ſub anno 1599. ſucceſſerunt maximæ continuatæ pluuiæ, ac ſcaturientes aquarum alluuiones apud Nolam, & alia loca Campaniæ, finitimaſque regiones, naufragia quoq; vidimus in portu Neapolis. Cõcludamus ergò omnes calamitates à tribus potiſſimè cauſis ſucceſſiſſe tanquàm generales euentus.

Et ꝙ ſit Obſeruatione, Authoritate, & Ratione probatur. Et primo ab obſeruatione Antiquorũ.

Sub anno 1345. legimus de menſe Martij in ſecundo Decano Aquarij coniunctionem trium ſuperiorum ſucceſſiſſe, quare indè multi ſucceſſerunt effectus calamitoſi, memoratu digni, videlicet.

Anno primo in Autumno magnæ Aeris mutationes viſæ ſunt, periculoſiſſimi turbines, ingen-

tiſſimæ pluuiæ quaſi diluuia, multæ atræ congregatæ nubulæ.

Anno verò ſecundo ab ipſa coniũctione 1346. magnum prælium fuit inter Reges.

Anno tertio à coniunctione 1347. in varijs regionibus Italiæ magna ſecuta fuit inopia.

Anno quarto à cõiunctione Dira ſucceſſit per totam Italiam inaudita peſtis.

Anno verò ſexto 1349. de menſe Iunij in tertio Decano Piſcium coniunctio Saturni, & Martis, & tandem aliud morbi genus ſucceſſit, non dùm obſeruatum, hæc ficinus in libro de peſte.

Anno 1493. per totam Italiam horrendiſſima ſucceſſit peſtis, & præſertim per totam Campaniam, ſed per decenniũ aliæ innumeræ ſucceſſere calamitates, eo quod multæ fuerunt obſeruatæ ægitudines, etiã non dùm auditæ, & ferè inſanibiles, ac ẽt tuſſes, deſtillationes, vermiũ copia, repentinæ mortes, malignę puſtulę, tuberculę poſt aures ad alas, & inguine, eriſipelata maligniſſima, ac cætera id genus: ſucceſſerunt quoq; animi mærores, luctus, annonæ caritates, frugũq; ſterilitates, in aere terrifici venti, traiectiones, prodigia multa creberrimi terræmotus, familiarium rerum iactura, animalium quoq; ex putri materia generationes, naufragia, & cætera id genus: addendo, ad hæc prælia, tumultus, ciuiles ſeditiones, rapinas, opprobria, cõtumelias, cedes, furta, inſidias, mortes

tes ex gladio, cruciatus liberorũ capitum venundationes, ingenuarum mulierũ violationes. Item Graſſatores, Piratas, hæc, & alia mala patrata facinora per decẽnium ait Sueſſanus in hoc Regno obſeruaſſe. Atq; dùm tot, & tanta mala ſuccedere videbantur ab ira Dei præcipuè, ac ſubindè à Syderum configurationibus emanaſſe putabant. De Deo ſileat mens humana. De Cęleſtibus pauca loqui poteſt, ad cauſas ergò generales, & Cœleſtes, quæ tunc temporis occurrerunt eclipſes, crinitæ ſtellæ cæterorum coniunctiones, & maximè trium ſuperiorum, luminariumque ſynodus, atque opoſitiones, ab

Anno 1493. vſq; ad annum 1503. Decem numero eclipes crebuerunt, omneſq; in Italia locũ habuerunt, quia vel in Libra, vel in Leone, vel ipſius Quadrangulis, vel Diametris fuerunt. Conſtat enim libram, & Leonem Italiæ præeſſe, qua è re ſolaris illa eclipſis anni 1493. & Lunaris in eodem anno vtraęq; in Libræ ſigno erant.

Itemq; illæ tres in anno 1494. ſecutæ quarũ duo Lunares in Libra præfuerunt. Prima quidem, quia in ſigno fuit Libræ, ſecunda quia in Ariete. Libræ Diametro miras ambæ induxerunt calamitates.

Anno verò 1496. ab eclipſi Solari, quæ præfuit in Piſcibus multa mala obſeruabantur.

Anno 1497. duæ ſecutæ fuere eclipſes ambe in

in Leone Italiæ ſigno deindè non paruas calamitates attulerunt, vt ſupra dictum eſt. Intereà magnus Cometa apparuit verſicolor, ex quo anno ſecundo multa bella ſucceſſeruut, &c.

Anno 1499. ſæuiſſima fuit peſtis Mediolani, acper totam Aetruriam.

Anno verò 1502. horrendiſſima Solaris eclipſis ſucceſſit, vndè tot bella, & aliæ memoratæ calamitates oboriebantur. Quare ex tot eclipſibus, quæ obſeruabantur, tot effectus generales, miſerabileſq; euentus obſeruati ſunt, ex quibus iam patet propter obſeruationem: quantum in hoc Mundo Conſtellificationes poſſunt.

Anno 1504. magna coniunctio Saturni, & Iouis in ſigno Cancri ſucceſſit, quam magnus Cometa ſecutus fuit, vnde multe calamitates præſertim apud Nolam, quarum Ambroſius Nolanus in ſuo Epitaphio meminit vlterius.

Anno 1506. & in illo biennio tanta continuata ſiccitas fuit in Inſubria, & alijs Regionibus, vt à menſe Ianuarij, vſque ad menſem Nouembris nulla pluuia viſa fuit, imò maximi, & terrifici venti, & ſic demum peſtis horrendiſſima, & Annonæ caritas Italiæ damnum intulerunt.

Anno Domini 1522. valida fuit lunaris eclipſis in die 5. Septembris in piſcibus à qua poſtea Rhodias Inſulas Turcharum Imperator Solimanus occupauit, quæ olim per Hieroſolymitanam

Reli-

Religionem poſſidebantur.

Anno Domini 1523. & 1524. maxima peſtilentia Mediolanum, ac Romanam Vrbem inuaſit, in quo anno duo horrendiſſimæ eclipſes apparuerunt, altera in ſigno Virginis, & altera die 25. Auguſti in Piſcibus.

Anno eodemmet primo Februarij magna fuit coniunctio Saturni, & Iouis in ſigno piſcium, & duo aliæ mediocres videlicet Saturni, & Martis, & Iouis, & Martis, & ſucceſſiuè aliæ minores decem, & ſeptem, itaque numero omnes viginti fuerunt, à quibus pro ratione Sexdecangulæ figuræ multæ in tempore congruo ſucceſſere calamitates.

Anno Domini 1525. duo viſę fuerunt eclipſes Lunares, quarum alia fuit 4. Iulij in Capricorno, & altera die 29. Decembris in ſigno Cancri, & in Autumno in locis Germaniæ Superioris, & Inferioris ſucceſſit peſtis illa immaniſſima dicta Sudor Anglicus; quia prius in Anglia viguit. vndè ſpatio 24. horarum per continuatum ſudorem homines tali peſte corrupti magna ex parte extinguebantur. Vndè Anglici experientia docti taliter ægros curabant: iubebant nempè, ipſos per ſpatium 24. horarum in conclaui minimè ventilato iacere, atque cuſtodiri, cum abſtinentia cibi, & potus, & vt cauerent à ſomno omninò, nàm ſi dormire contingebat, inexcitabili ſomno cum

ma-

maximo ſudore ſpatio illo extinguebantur. Verùm ſuperiori adhibita diligentia, ſaluabantur plurimi.

Anno Damini 1526. duæ fuere coniunctiones ſuperiorum Saturni, & Martis in Ariete, & aliã Iouis,& Martis in Tauro: Et die 18. Decembris horrendiſſima Lunaris eclipſis in ſigno Cancri, & ſtatim ingentiſſima continuata pluuia ſecuta fuit, quæ durauit vſque ad 15. diem menſis Ianuarij. Anni ſequentis 1527. Inde Dira ſucceſſit peſtis per Regnum Neap. & præſertim per Campaniam, quæ durauit per annos duos, & plus, & eodem anno de menſe Maij Vrbs Romæ ab exercitu Imperiali,Duce Burbone capta eſt.Indè maxima annonæ caritate Italia vexata fuit.

Anno Domini 1528. Francorum Gallorumque exercitus, Duce Lautrecco,ciuitatem Neapolis obſedit.

Anno Domini 1529. Lunares valdè magna ſucceſſit eclipſis die 16. Octobris in Tauro.

Anno Domini 1530. duæ ſucceſſere eclipſes Solares,vna in Ariete die 28.Martij,& altera notabilis Lunaris die 6. Octobris etiam in Ariete, quo anno in Italia tanta vredo ſucceſſit, & ſiccitas quod tempore Meſſium Coloni derelinquebant Meſſes, vel fruges, ob nimiam,quam ſufferre non poterant, caliditatem, vnde multi moriebantur. Succeſſitq; etiam coniunctio Saturni, &

Martis

Martis in Tauro, & Iouis, & Martis in ſigno Libræ, & de menſe Auguſti Cometa magnus videbatur per menſem integrum, vndè bellum annonæ charitas, & de menſe Octobris magna inundatio Tiberis ſucceſſit.

Anno 1533. die 4. Auguſti in ſigno Aquarij horrendiſſima apparuit eclipſis, & Hiſpani milites tumultum excitauerunt, & per Regionem Auerſæ, & alia loca Neapolis depredabantur.

Anno Domini 1534. duo ſucceſſere eclipſes Solaris, & Lunaris, vtraque in ſigno Aquarij, ſigno humano, vnde humanæ multæ poſt ſucceſſere calamitates inter quas. Turcarum Dux, nomine Barbaroſſa cũ ingenti claſſe Regnum Neapolis inuaſit, & Terracinam, & multa loca, ac terras Calabriæ incendio, & gladio peſſundauit, cum multa Chriſtianorum captiuitate, inde in Aphricam traiecit. quo anno fuit tum coniunctio Saturni, & Martis in Cancro, tam Iouis, & Martis in Aquario ſigno humano.

Anno Domini 1535. ob præcedentes eclipſes in ſigno humano in homines ſæuit. Quare Dira peſtis Venetias percuſſit.

Anno Domini 1536. ſolaris obſeruata fuit in Cancro, & de menſe Nouembris in ſigno Geminorum vnde tot ſucceſſere caſus miſerabiles in Italia, & in Regno Neap. Nàm

Anno Domini 1537. duæ terribiles obſeruatæ

I fue-

fuerunt eclipſes Lunares, altera in ſigno ſagitarij, altera verò de menſe Nouembris in ſigno Geminorum, quę maximis calamitatibus poſtea Italiam affecerunt: vnde verſus Appuliam Turcharum claſſis inuaſit.

Anno Domini 1538. de menſe Septembri, præcedente coniunctione Saturni, & Martis in Virgine, ſigno terreo die 13. Iunij, ob crebros terræmotus vorago horrēdiſſima, ad aperta fuit, Quaſi infernale oſtium in loco inter Puteolos, & Bayas, quare ex ſulfureis flammis, fauillis, & cineribus, ex ea ſcaturientibus ingentiſſimus breuiter mons exageratus fuit. Hinc peſſima annonæ charitas ſucceſſit, & quatrupedum lues coorta fuit. Nam ventorum impetu cineres inſtar pluuiæ, delati per Aerem in totam Italia, virentes herbas, arbores, ac virgulta, quibus animalia veſcebantur, amaritudine, ac ſquallore fædauerunt.

Anno Domini 1540. Solaris ſucceſſit eclipſis in ſigno Arietis horrendiſſima die ſexto Aprilis, à qua ſtatim grauiſſimus, ac moleſtiſſimus Aeſtus ſecutus cum maxima annonæ caritate fuit.

Anno Domini 1541. fuit Lunaris eclipſis in ſigno libræ aqua etiā, quia erat in oppoſito Arieti vbi erant effectus ſolaris præcedentis eclipſis vnde duplicatis viribus multa notatu digna ſucceſſere in Italia, & Turcharum exercitus Regnū

Vnga-

Vngariæ inuaſit, vbi Ciuitas Budæ, & alia oppida, captiuitati fuerunt tradita.

Anno 1543. Magna fuit coniunctio Saturni, & Iouis in Scorpione.

Anno Domini 1544. Eclipſes numero quatuor ſucceſſere, ex quibus horrendiſſima Solaris in ſigno Aquarij pauco ferè lumine derelicto, & tres aliæ Lunares in piſce Capricorno, & Cācro; & coniunctio in ſuper. Saturni, & Martis in Sagitario, Indè calamitates omnigenas gentes paſſæ fuerunt: Quamobrem die 22. Iunij Turcharum Dux Barbaroſſa Inſulas Aęnariæ, & Procitarum cum claſſe inuaſit, vbi maxima damna commiſit, hinc ad Puteolos, & Amalfiam, & poſtremò ad Calabriam ſe contulit, & innumeros homines ad captiuitatem ſubegit. Cæterum fuit obſeruatum in hoc præſenti Regno nonnullos morbos acutos plures inuaſiſſe Regiones, inter quos ſi tunc temporis aliqui præſertim in capite percuſſionē leuiſſimam fortè recipiebant breuis ſpatio irremediabiliter deperibant. hæ quidem calamitates, & aliæ ſuccedebant, quas præ breuitate prætermittimus, vt à noſtris parentibus audiuimus.

Anno uerò 1546. in Arce Caſtelli noui Neapolis ad mare uerſus Portum Maximum ſucceſſit incendium ex ignis uiolentia ob accenſionem pulueris Bombardæ, unde magna Meniorū pars corruit Orientem uerſus.

Anno 1547. Duo Lunares eclipſes in Scorpione, & altera in ſigno Tauri ſucceſſit, Et altera Solaris inſignis: punctis nouem, & minutis triginta in ſigno Scorpionis. Vndè in Ciuitate Neapolis ciuiles, ac hoſtiles rumores, ſiuè inſultus inter Hiſpanos, & Italos, itaquè ex vtraque parte fuit iactura cum cœde multorum hominum, quæ res per multos dies durauit, Vulgariter li Romori di Napoli.

Anno Domini 1548. fuit horrendiſſima Lunaris eclipſis, quæ in duratione fuit circa horas duas in Scorpione, ac etiam ſucceſſit coniunctio Saturni, & Martis in Capricorno, vndè multæ ſucceſſere calamitates.

Anno 1551. Duo ſucceſſere eclipſes, Solaris, & Lunaris ambò in Virgine humano ſigno, vndè per totam Europam tot ſucceſſere omnigene calamitates, anno ſequenti videlicet.

Anno 1552. Turcharum claſſis occupauit maria iuxta Neap. Ciuitatem, quæ non multò poſt diſceſſit præcedente die 24. Februarij coniunctio Saturni, & Martis in ſigno Aquarij.

Anno 1554. Turcharum claſſis appuliam inuaſit, & veſtum cum alijs circumuicinis terris, & oppidis igne, & gladio peſſundauit, præcedente Lunari eclipſe in ſigno Geminorum, quæ in ſigno humano in octaua clade, ac bellum minabatur, cum alijs luctuoſis facinoribus, prout ſueceſſere.

Anno

Anno Domini 1555. fuit lunaris eclipſis adeò horrendiſſima, vt per multa ſecula non fuit obſeruata, in 7. Cæli domo in Sagitario, qui vt Cæleſtium rerum obſeruatores, locus ſolet bellum, ac hominum exitia etiam proprijs manibus cauſari, ac alios miſerabiles,& atroces caſus ominat.

Anno propterea eodem bellum ortum fuit, nimirum inter Summum Pontificem Carrafam, & Dominum noſtrum Catholicum Philippum Secundum de Auſtria Hiſpaniarum Regem, &c. Circa Regionem Oſtiæ, & fluminis Tronti, ac ſubindè in tota Italia maxima ſæuit annonæ charitas, &c.

Anno 1556. Duo viſæ fuerunt horrendiſſime eclipſes ſolaris in Scorpione digitis 9. & plus, & Lunaris in ſigno Geminorum, & coniunctio Saturni, & Martis in Ariete, & ſic.

Anno 1557. Maxima inundatio in flumine Arni, & Tyberis Romæ.

Anno 1558. præcedente lunari Eclip. in libra de menſe Aprilis, & alià Solaris in Tauro, cum coniunctione Saturni, & Martis in loco ecliptico, quo nil pernicioſius. Quare die 13. menſis Iunij Turcharum claſſis Surrentum,& Maſſam inuaſit, vbi multas ruinas, incendia, ac hominum captiuitates intulit.

Anno Domini 1559. fuit horrendiſſima Lunaris eclipſis in ſigno Arietis in angulo Orientis, inde

dè annonæ caritas &c. Ac etiam alia ſucceſſit in ſigno libræ. Vndè bellum denuntiabatur, & cætera,, prout ſucceſſerunt, acceſſit, & inſuper ſolaris eclipſis in ſigno Virginis.

Anno Domini 1 5 6 0. poſteà terrificum ſub meridie prodigium apparuit in Cœlo, ex quo quaſi ad apertum in medio videbatur in ictu oculi, & nos quoque vidimus die 11. Martij à Meridie h. 17. & m. 43. in Occidente in prima parte libræ lunaris viſa fuit eclipſis, licèt non effatu digna eodemmet anno. Die vigeſima prima menſis Auguſti fuit ſolaris quoque eclipſis inter nonam, & decimam Cœli domum in ſigno Virginis, ſigno humano; & Saturnus in ſeptima in ſigno geminorum in quadrato aſpectu ad ſignum Eclipticum, vndè bellum, & hominum miſerabilem cladem ſignificabat, Mars cum Venere in nona Cœli domo in ſigno Geminorũ ſigno humano,& ſucceſſit eodemmet anno bellum nauale.cum Turcica claſſe in Aphrica, ſeù alli Gerbi cum maxima Chriſtianorum iactura,&Regnum Neapolis à maxima ægeſtate fui vexatum.

Anno verò Domini ſequenti de menſe Martij fuit ſupplitium Nobiliũ de familia Carrafę iuſſu Summi Pontificis Pij Quarti, & in eodemmet anno in prouintijs Calabriæ orta fuit quędam hęreticorum ſecta, & indè omnes delinquentes ſeueriſſima animaduerſione caſtigati, & in eodẽmet

anno

anno die vltima Iulij circa horam 23 cum dimidia in Regno Neapolis horribilis terræmotus factus fuit cum meniorum, & domorum ampla ruina, & cum internitione multarum gentium, & maximè in Prouintia Principatus, Baſilicatæ, in quibus hucuſque ruinarum veſtigia apparent. Hinc homines timore affecti extrà habitationes, in agris, vel in ruribur per tres ferè menſes degebant: tendentes Tuguria, & tentoria ad modum belli, & cum earum familijs Caſtrametabantur. Vndè hac occaſione multi poſtea ex ijs ægrotauerunt, & perierunt. Quæ quidem omnia oculis proprijs vidimus, indeq; terræmotus per multos menſes crebuerunt, inter quos notabilis terremotus die 10. Auguſti proximi ſequentis factus fuit circa horam vigeſimam.

Anno verò Domini 1562. in angulo occidentis in ſigno Aquarij lunaris effatu digna fuit eclipſis, cuius Dominus Saturnus erat, in duodecima domo in ſigno Cancri collocatus. Vnde bella, & catharrales ægritudines futuras ſignificabat. quare nimirum, ſi

Anno Domini 1562. catharrales peniciosi morbi quaſi peſtis ſucceſſerunt Italiæ, ex quibus breuiter moriebantur infra quatuor ferè dies plures fortaſſis, vel pauciores, & alij pleuritici cruenta ſpuentes moriebantur. Qua de re per ea tempora ex Medicorum Conſilijs multi ignes in ma-

ne

ne per Ciuitatem componebantur: præceſſerat enim decima quinta dies menſis Martij coniunctio Iouis, & Martis in Tauro, & ſucceſſiuè de menſe Maij Saturni, & Martis in Cancro.

Anno Domini 1563. fuit magna coniunctio Saturni, & Iouis in Cancro. Fuitque Solaris eclipſis in Cancro in octaua Cœli Domo cum planetarum magna parte in loco ecliptico, quo nil deterius ad nocendum. Valet enim plus vna ſolaris eclipſis, quàm decem lunares, & tanto magis, quia in ſigno tropico, & cum conuentu tot planetarũ, & locus eclipticus à Marte percutiebatur de quadrato radio à quinta Cœli domo in Ariete quare niſi tragicos, & miſerabiles, ac funeſtos caſus expectandos ſignificabat; Ante omnia in Regno Neapolis miſerabiles apparuit annonæ caritas, & in prouincijs Calabrię maxima latronum, ac exulum copia inſurrexit, quare ob eorum audaciam Regem inter eos conſtituerunt, nomine Marconem, qui poſtea condignas penas dederunt. Et in eodemmet anno ſucceſſit die 5. Iulij in vndecima Cœli domo in Capricorno. Notabilis ferè Eclipſis. Vndè multæ ſucceſſere calamitates propter Saturnum, & Iouem de oppoſito ad locum eclipticum, & tandem.

Anno Domini 1564. Turcharum claſſis apud Inſulas Militenſes Hieroſolymitanæ Religionis Caſtrametata fuit.

Anno

Anno Domini 1565. Notabilis fuit eclipſis in nona Cœli domo.

Anno 1566. fuit lunaris altera eclipſis in Tauro Orientis à Marte de oppoſito percuſſa ſine alicuius beneficè defenſione. Vndè poſtea Turcharum claſſis prouintiam Aprutij inuaſit trucidando, & comburendo multas Terras, & Oppida, & gentes in captiuitatem deducendo. In quo anno de menſe Septembris Neapoli magna, & de repente ſucceſſit pluuia, vnde impetuoſa alluuio quaſi diluuium in eius ſuburbijs, in quibus maximum damnum intulit, & extrà Ianuam Diuæ Mariæ de Carmelo valida Turris exiſtens quaſſata fuit. In quo anno etiam coniunctio fuit Saturni, & Martis in Leone die 29. Iunij, & die 21. Septembris coniunctio Iouis, & Martis in libra.

Anno Domini 1567. ſub Meridie die 9. Aprilis horrẽdiſſima Solaris apparuit eclipſis in ſigno Arietis, quæ durauit tribus circiter horis, in quibus ob tantum ſolare deliquium, & obſcuritatẽ in Cœlo ſub Meridie, ſtellæ aliquæ videbantur. Quæ poſteà eclipſis multas, & varias calamitates induxit in Regno Neapolis (vt notum eſt) In quo anno etiam in platea in hac Ciuitate vbi appellatur la Ducheſca ex incẽdio pulueris Bombardæ fuerunt funera plurimorum hominum. Et maximum incendium in Ciuitate Venetiarum in loco vbi Naues componuntur, Vulgo lo Arſe-

nale, & Turcica claſſis Ciprij Regnum præoccupauit. Quæ ſuperius mentionata eclipſis, concludimus maxima fuit, & de recenti non ſucceſſit ſimilis vel paulo maior, niſi in anno 1544. quæ vexauit ne dum Italiam, ſed totam Europam.

Anno 1568. ſeditiones in Regno Flandriæ obortæ fuerunt, cum mortis occaſione multorũ Principum, & alijs notatu dignis, quæ deinceps ſucceſſerunt. In quo anno etiam mors Hyſpaniarum Principis fuit, & cætera alia, ſucceſſitq; lunaris eclipſis in ſigno Aquarij, ſigno humano.

Anno verò Domini 1569. Magna fuit lunaris eclipſis in ſigno Virginis in ſeptima Cœli domo cum Martis, & Mercurij oppoſito abſque beneficiorum auxilio, vndè poſteà die octauo Octobris Neapoli maximà inuexit pluuia peior priore. Quare non ſolùm in ſuburbijs, ſed etiam intus Ciuitatem damnum intulit eò, quod multis palatijs amplam dedit ruinam, & inter cætera Palatio Illuſtriſſ. D. Alphontij Sanges Marchionis Grottulæ alli Banchi nuoui, ꝙ poſtea fuit iſtauratum.

Indè poſteà illa annonæ caritas ſucceſſit, quæ gentes totius Regni Neap. afflixit vnà cum nece tot hominum, ita quòd peſtis videbatur.

Anno Domini 1570. duo lunares videbantur ingentiſſimæ, quarum altera in Virgine ſigno humano in 11. Cœli domo abſque benefico lenien-te, & altera fuit in ſigno piſcium, vnà cum coniun-

iunctione duorum ſuperiorum maleficorum in libra, in 6. Cœli Domo, quo nil pernicioſius in Themate ecliptico. Quare eodemmet anno à Turcharum perfidia Cypria Inſula fuit occupata, & in eorum dictione detempta.

Anno Domini 1571. Chriſtianorum claſſis in mare Orientali in Lepantho Diuino auxilio precibus Summi Pontificis, & aliorum bonorum, ſuperbiſſimam Turcharum Claſſem ſuperauit, & victoriam obtinuimus, vndè in illa die de menſe Octobris Diuæ Mariæ della Vittoria memoriam facimus.

Anno Domini 1572. coniunctio Saturni, & Martis in Scorpione, Chriſtianorum Claſſis ad Nauarinum adijt, & parum cœpit.

Anno 1573. Solaris eclipſis in ſigno Geminorum cum oppoſito Saturni, & Mercurij.

Anno Domini 1574. eclipſis ſolaris in Sagitario de menſe Nouembris cum præſentia Saturni in loco ecliptico. Vndè multæ ſucceſſere calamitates, quia erat locus eclipticus in ſeptima, In quo anno incendium ſucceſſit in Hoſpitale Diuæ Mariæ Annuntiatæ de Neapoli, & in Aphrica in Barbaria Arces Imperiales Aulectæ à Turcharum impetu fuerunt proſtratæ, ac ad nihilum redactæ. Vnde Seges eſt vbi Aulecta fuit.

Anno Domini 1575. in Alma Vrbe Romæ regnante Pontificato Gregorij Decimi Tertij, fuit

annus Iubilei, & eodemmet anno magnus Cometa apparuit, cuius continuatio porrexit diebus circiter octuaginta occidentem verſus indè horrendiſſima peſtis Venetiarum Ciuitatem oppreſſit, quæ vt aiunt à Regionibus Tridentinis ortũ duxit indè ad Patauium, Breſciam, & poſtea ad Mediolanum ſonuit, & alias Italiæ Regiones anni Domini 1576. Lunaris apparuit eclipſis in Ariete in medio Cęli cum Mercurij oppoſito, & Veneris, cuius dominij erat Mars in ſigno Aquarij ſigno humano, quare humanas calamitates minabatur, vt mortes ex gladio, & igne bellum, vel priuatas nęces, quare Turcarũ Claſſes Calabriæ prouintias incendio, & gladio, vel captiuitate vexauit: tantoq; magis, quia effectus eclipſis præcedentis in Sagitario in ſeptima cum prædicto lunari effectu complicabantur, ac vigorabantur, quia erant in eodem Trigono.

Anno Domini 1577. lunaris ſuccedebat eclipſis valdè magna de menſe Aprilis in ſigno Librę in duodecima Cœli domo, cuius dominium Venus infelix ſortiebatur Marti coniuncta in octaua Cœli domo Mercurij, qui ab oppoſito loci ecliptici, & Saturni quadrato laceſſitus rapinæ cum fraudibus, falſitatibus, opprobriis, carceribus depredationibus occultis, cummalis conciliis infuturum: febres, & morbi cumdeliramentis etiam ſignificabantur.

Eodem quoque anno, alià lunaris eclipſis effatu digna de menſe Septembris in ſigno Arietis in nona Cœli domo, cuius Imperium Marti aſcribebatur, & venus ratione termini ſubminiſtrabat; & Mars erat in Scorpione cùm Ione in ſecũda Cœli manſione: vnde bonorum mobilium. Vt auri, argenti, vtquè ſericorum veſtimentorum deprædationes ſignificabatur, prout ſucceſſit: nã Anni Domini 1578. in prouintijs Calabriæ maxima exulum copia, vel deprædantium, & graſſatorium apparuit. Quã de re iuſſu Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Dñi Proregis, accedente Panſa Fiſci patrono omnes malefactores breui ſpatio pœnas dederunt condignas, vbi ægrotauit Panſa ex caſu, ac crurum fractura, & crudeſcente morbo extremos ſibi dies clauſit.

Anno Domini 1578. alia lunaris viſa fuit eclipſis in Ariete in nona Cœli domo cũ Martis præſentia: inde licèt exigua viſa: effectus tamen alios ſequentes geminauit, prout vidimus, & obſeruauimus.

Anno Domini 1580. lunaris obſeruabatur eclipſis in ſigno Leonis in Regia Cœli domo cũ oppoſito Saturni, quæ etiam notabilis fuit. Vnde cum Leo ratione quadrantis Mũdi Italiæ præeſt. Vnde multa attulit Italiæ calamitates, quia in eo demmet anno inter cætera ſucceſſit morbus illè valdè ſeniens catharralis cum febre capitis grauitate,

tate, & tuſſi per tres dies, vel paulò plures, qui nemini pepercit; quaſi peſtis; vulgo dictus, il male del Caſtrone.

Anno Domini 1581. Duo aliæ terribiles lunares apparuere eclipſes. Quarum altera iterum in ſigno Leonis in medio Cœli, quæ ſuperiores exagerauit calamitates, vt ſcitis multi anno ſequenti morbi deſœuierunt in Italia, altera verò lunaris eclipſis in ſigno Aquarij in ſeptima cũ Saturno in oppoſito Mercurij, & Veneris, vndè bellum tumultos miſerabiles, & funeſtos caſus ſignificauit, vtpotè rapinas depredationes, & Mars in domo Mercurij in ſecunda, & cætera id genus.

Anno Domini 1582. fuit ſolaris eclipſis in Cancro; licèt cùm pauca luminis priuatione, nihilominus, quia Iuppiter erat in Aquario in nona, & Saturnus in medio Cœli in piſce difficultatem in negotijs peragendis, & dignitatibus conſequendis ſignificabat, & circa acquiſita non ſine nota, & alia cætera id genus. Item ob Martis cũ Venere in Tauro congreſſum in domo vndecima emulatas, ac fictas amicitias, vel fœderum diſſolutiones prætendebat.

Anno Domini 1583. magna coniunctio Saturni, & Iouis in ſignò piſcium, vnde maxime cæperunt in dies pullulare calamitates. Inde Mediolani Venetijs, & alijs locis peſtis deſæuit.

Anno Domini 1584. die 29. Aprilis h. 17. &

m. 27.

m. 27. à Meridie ſolaris apparuit eclipſis in ſigno Tauri, non procul à cuſpide Orientis, quæ licèt effatu digna non fuit, quia parum de lumine obſcurabatur, nàm ſi hoc etiam fuiſſet, maiores, & inſigniores calamitates ſucceſſiſſent. Quia poſt locum eclipticũ in 12. Cœli domo in ſigno Arietis mira, ac rariſſima ſtellarum in errantium omnium conglobatio apparuit quaſi confuſio tàm maleficarum, quàm beneficarum, ac etiam cum Mercurio, quod mirum per multa ſecula non fuit obſeruatum, nec hucuſque legimus.

Anno eodemmet Domini 1584. effatu digna quoque lunaris viſa fuit eclipſis die 7. menſis Nouembris in ſigno Tauri in nona Cęli domo. cuius dominium ad Venerem, & Lunam ſpectauerat pro ratione loci ecliptici, qui locus à Marte laceſſitus, quadrato radio affligebatur ab vndecimo Cęli loco amicorum infidelitates, ac mulierum calamitates portendebantur; atque etiam in plebeos calamitates, & perſecutiones ſignificabat ob Martis naturã in ſigno Leonis, qui Mars etiam deſtero quadrato ſolem percutiebat: vndè ob plebeam conflationem, vel conſpirationem, iram, ac feceram animaduerſionem Principis offenſa in uiles perſonas ſignificabat: pęnaſque, & ſupplicia cum amicorum infidelitate fore minabatur. Et Iuppiter in Ariete cum Saturno in domo Martis mortem violentam, ac plurimorum

homi-

hominum necem ex condemnatione à ſeueriſſimo Iudice etiam inſinuabat: præcedenlibus effectibus ſolaris eclipſis prædictæ etiam idem portendebat.

Nam poſteà die 10. menſis Maij ſequentis anni 1585. ſequta fuit, ſiuè ſucceſſit illa memorabilis calamitas, ſiuè panis egeſtas Neap. Imò per totum Regnum, qua de re ſucceſſit Aerumnoſa illa ſeditio in hac Ciuitate tempore Necis Ioannis Vincentij Staracis plebis tribuni, & in locis alijs, vt audiuimus ob panis inopiam. Vnde contra occiſores ipſius, & bonorũ ſubreptores multa ſucceſſerunt ſupplicia memoratu digna.

Anno Domini 1586. fuit obſeruata cõiunctio Saturni, & Martis in Ariete.

Anno Domini 1587. lunaris fuit eclipſis in piſcibus in 11. Cęli manſione nulla opitulante benefica multæ calamitates, & præcipuè Aquarũ alluuiones Nauium ſubmerſiones, ac hominum ſuffocationes.

Anno Domini 1588. Horribilis obſeruabatur lunaris eclipſis in 8. Cœli domo in ſigno Virginis, & alia lunaris in ſigno piſcium in ſeptima, quare multæ ſucceſſere calamitates, quæ cum de recenti fuerunt non oportet in medio adducere, ac ſigillatim pronuntiare.

Anno Dñi 1589. de menſe Auguſti lunaris fuit eclipſis, & poſtea multæ ſucceſſere calamitates.

Anno

Anno Domini 1590. Solaris fuit eclipſis in duodecima Cęli domo in ſigno Leonis memoratu digniſſima, quadrante Italiæ igneo ſigno, ac ſterili. Alia quoque fuit de menſe Decembris lunaris in vndecima in ſigno Cancri: ſucceſſerunt demum annonæ caritates, per totam Italiam, & vltra cum alijs calamitatibus. Fuitque etiam cõiunctio Saturni, & Martis in ſigno Geminorum.

Anno 1591. duo aliæ ſucceſſere Solaris,& Lunaris, Solaris in Cancro cũ præſentia Saturni, & Iupiter in duodecima malè affectus in Scorpione dominus loci ecliptici: fuitque etiam Lunaris eclipſis eum Saturno,in Cancro in nona Cœli domo, & ſucceſſere calamitates illæ quas ſcitis.

Anno Domini 1592. fuit lunaris eclipſis in Capricorno in duodecima cum oppoſito Mercurij, Saturni, & Martis,& calamitates ſucceſſere plurimæ, & altera fuit in ſigno Geminorum.

Anno Domini 1593. Solaris eclipſis in ſigno Geminorum de menſe Maij in nona Cœli domo, & Mercurius, Venus, & Saturnus in Cancro in decima Cœli domo de oppoſito reſpiciebant infelicẽ Iouem de oppoſito in Capricorno in quarta Cœli domo. Vndè ſucceſſit calamitas illa notiſſima. Item & alia Lunaris eclipſis de menſe Decembris in Cancro in vndecima: quæ ſimiles produxit effectus.

Anno Domini 1594. Lunaris eclipſis viſa fuit

in Tauro, cuius Domina erat Venus in angulo Occidentis, & Saturnus in Leone erat in medio Cœli. Item & coniunctio Saturni, & Martis in Leone. Vnde acutiſſimi ſucceſſere morbi, & apud Nolam, & aliàs circumuicinas partes, illa aquarum ſcaturigo ſub Monte Cicale, quæ tam diù non fuit viſa, & apparuit cum pernicie tot hominum: Taurus enim Prouintiæ Campaniæ dominatur, quare &c.

Anno Domini 1595. duo fuere eclipſes, Lunaris in Scorpione, & Solaris in ſigno libræ. vndè maxima fuit inundatio per totam Italiam, & præcipuè in fluuio Tyberis, qui Romæ maximũ damnum intulit.

Anno Domini 1596. Coniunctio Saturni, & Martis in Virgine ſigno humano.

Anno Domini 1598. Duo apparuere eclipſes, Lunaris in ſigno Virginis, & altera Solaris in ſigno Piſcium à quibus potiſſimè noſtræ contemporaneæ calamitates ortum duxerunt. Fuitque maxima inundatio Tyberis iterum in Vrbe Romæ, vndè poſteà ex effectu eclipſis in piſce, cui Venus dominabatur, quæ mater pluuiarum dicitur à Cœleſtium rerum ſcriptoribus, & ex effectu magnæ coniunctionis in Piſce anno Domini 1583.

Anno Domini 1599. cum aqueæ naturæ fuit ſignum, tot continuatæ pluuiæ ſucceſſerunt, tot inun-

inundationes, totque maris tempeſtates, & naufragia, quaſi dilluuia, totque aquarum alluuiones, & ſcaturigines per totum Regnum Neapolis, per Campaniam Nolam, & alias finitimas Regiones, indè grandines, niues, imbres impetuoſi turbines caliginoſæ nubes, atque importuniſſima frigora, ex quibus poſt exceſſiuas humiditates, quæ minimè regulatæ exiccatione tempore congrūo à Solis calore putredines ægritudineſq; febriles, curatu difficiles, & lethales, per totũ ferè Regnum vulgabantur. Vſq; ad præſentem annũ 1600. Quarum calamitatũ cauſas alias ſuper cœleſtes in medio adducere non habemus: NISI PRAECEDENTES ante dictas nuper eclipſes & magnam coniunctionẽ Saturni, & Iouis anno 1583. duaſq; alias cõiunctiones mediocres, Iouis, & Martis de menſe Maij, & Saturni, & Martis in libra de menſe Septemb. Eò quod in anno 1599. Nullam prorſus conſtellationem effatu dignam obſeruauimus, à qua tanquam à proximiori, & potiori cauſa effectus præſentaneos emergiſſe arbitramur. Quin addendo etiam, quia cùm Venus in vndecimo loco ab Horoſcopo conſtituta in ſigno Tauri in ſigno Ecliptico imperabat, quæ Mercurium in Regimine ſuſcipiens, qui Arietẽ, Martis domum poſſidebat. Vndè ob Veneris naturam, & Mercurij, tot pluuiæ continuatæ venti, grandines, niues, & aliàs alterationes Aeris ſucceſſe-

ceſſerunt. Cùm venus pluuiarum, vt diximus, ſit Mater.

SVB ANNO ERGO 1599. pluuiæ indefinentes per menſes ferè ſeptem circiter continuatæ fuerunt, intro eunte Anno 1600.

Et vt concludamus cauſæ potiſſimæ fuerunt, magna coniunctio in ſigno piſcium, quæ incepit anno 1583. & durabit vſque ad annum 1603. eclip. ſolaris in ſigno piſcium. Anno 1598. & dominatrix loci ecliptici, quæ erat Venus cũ Mercurio, vndè pluuiæ continuatæ, & tota humida, ac frigida conſtitutio anni ſequentis 1599. cum inundationibus, ſiuè aquarum ſcaturiginis alluuioribuſque per totum Regnum Neap. & præcipuè apud Nolam Campaniæ, ac aliàs finitimas Regiones, vel longinquas, multa naufragia in Neapolitano Portu, & cætera miſeratione digna vidimus. Vnde

Sub anno 1600. Aeſtate ſæuiſſimi morbi, ac laborioſiſſimi graſſari cęperunt, de quibus iterũ ſermo habebitur inferius. Reuertamur ergò ad ea, quæ ſuperius diximus, poſtquam obſeruatione eclipſium crinitarum ſtellarum, ac trium ſuperiorum conſtellatione, omnes calamitates ſuccedunt in nobis.

Diximus aliàs effectus luminarium eclipſium pollentiores eſſe effectibus ſuperiorum coniunctionis. Verùm cùm ad effectum eundem producendum

cendum ſi cum eodem ſigno, vel ſaltim trigono concordant,& tantomagis ſi aliæ ſuperiorum aſſociantur coniunctiones, effectus ipſi ab ijſdem emanantes efficaciores,& minaciores erunt. nam huiuſmodi conſtellationes ad inuicem vigorantur, ſicut accidit. In anno 1600. In quo tria ſucceſſerunt, nempè magnæ coniunctiones vis Saturni, & Iouis in ſigno Piſcium, quæ fuit anno 1583.

Eclipſis poſteà Solaris in ſigno Piſcium etiam ſub anno 1598. & duo aliæ coniunctiones ſuperiorum videlicet Iouis, & Martis in Leone. Et Saturni, & Martis in Libra ſigno humano.Et hic profectò conſtellationum conuentus potiſſimè noſtrarum calamitatum CAVSA FVIT. Nàm quando hæc omnia ſimul coibant, malos euentus, ac nociuas calamitates minitabuntur.

Obſeruatione hæc iam per multos ante dictos annos probauimus, quæ ſuperius diximus. Authoritate ſimiliter, nam Author centum ſententiarum, ſiue fuit Hermes, vel Ptolemæus dixit ſtellarum coniunctiones 119. ne prætermittas, nam in his cognitio eorum, quæ in Mundo fiunt generationis, & corruptionis ſita eſt, vndè omnia,quæ in Mundo fiunt portendũtur.Rem profectò poſterioris Cœleſtium rerum ſcriptores Abunaxar,Meſſalus,& omnis turba Arabum ſecuti ſunt.

Circa

Digitized by Google

Circa rationem etiam probatur, nam quilibet palneta cum conſtellationis Dominus erit, portendit, ne dùm quò ad elementa, ſed quò ad humores in humano corpore, à quo etiam, & animi paſſiones. Vnde Ptolemæus dicebat Saturnus dat mœrores, ſollicitudines, & terrores, & id genus. Mars rixas, contentiones, ſeditiones, iras, & id genus, ad quas dicimus paſſiones homines inclinare faciunt, ſed non cogunt, & quolibet planetæ tàm benefaciendo, quàm malefaciendo vniuerſaliter agunt, ſed ad inſtitutum reuertamur.

Si ea, quæ dicta, & obſeruata à nobis iterum repetere videamur, ne miremini quæſò, nam per prius veluti epilogum pronunciauimus cùm ab Hippocrite obſeruatis ſua tempeſtate.

Deinceps autem, vt ordinem habeant ad calamitates præſentaneas nuper obſeruatas, iuxtà Aſtrorum influxus morborum, ſyntomatum obſeruationem genericè pronunciabimus, & ſic.

Sub anno 1599. Aeſtas fuit feruens, quò ad ea, quæ fuerunt in priori Cœlo, & æſtus cum ſiccitate ſimul durauit vſque ad pleiadum Occaſum. Indè pluuiæ multæ, & largæ tempus niuoſum procelloſum fieri cępit nubiloſum, Auſtrinum, & magna ex parte Aquilonium, nec ſuper facie terræ Sol videbatur ſua claritate refulgens, etiã num vſque ad vltimum ſequentis veris. Hiemẽ homines commodè habebant.

Sub

Sub anno ſequenti 1600. principio Aeſtatis,& veræ febres continuæ bilioſæ tertianæ intermittentes nothe paucæ febres ardētes pullulare cęperunt. Sudabant admodum, neque à ſudore iudicabantur, ſed potius debilitabantur, ſed fortius acceſſiones repetebant, rigores erant inordinati cū aſſidua nauſea vomitus erant bilioſi vnà cum inappetentia, & Lumbricorum reiectione, & cætera ſyntomata,eorum qui moriebantur dū ſimplices videbantur tertianæ, poſt decimam quartam diem duplicabantur cum maiori impetu, & acutie, & clamoſa ſiti. In principijs paroſiſmorum frigidā aquam expoſcebant, & in purgationibus malè habebant, mulieres vtero gentes potius moriebantur pueri, & ſenes, vel ætate conſiſtentes, vel pueri virgines enim magna ex parte ſeruabantur, quibus meſtrua erumpebant, hæc, & alia quæ durauerunt ad Arturum vſq;

Quò verò ad loca, quibus huiuſmodi morbi emanare cęperunt, erant præcipuè paludoſa, & humida aere craſſo, & denſo, vtpotè apud Nolā Campaniæ Ciuitatem, acerras, & alia loca finitima,vel circum poſita Oppida,& Luceriam,Fragariam,Mariglianum, Veſuuium,Sanctum Anaſtaſium,vſq; ad Tabias, & circa Neapolis ſuborbia. Et deinceps per totum Regnum vulgabantur, ad Apuliam deniq; ad Hydruntum, vel Barulum, &c. Indeq; non ſolum per loca craſſioris

aeris,

aeris, paludoſa, vel lacuſtria, verùm etiam per loca arrida, & inaquoſa, & aprica morbi ſæuiebant. Adeò quòd ſemipeſtis videbatur, ſed multa alià circa obſeruationem enarrare poſſemus, quæ præ breuitate prætermittimus.

Ab arcturo verò febres erant Tertianæ cum rigore bilioſo vomitu non ſincero quidem, ſed pituita mixto, rigores validiſſimi erant, & indies remittebantur. Acceſſiones veſperi incipiebant, & vna hora, vel duabus poſtponebantur vſque ad ſeptimam noctis horam, ſed febres indies maligniores fiebant, & tota nocte laborabant, vrinæ conturbatæ erant ſicut vrinæ iumentorum, vel liuidæ, vel fortaſſis nigræ, vires enim indies debilitabantur, & ſic moriebantur, & ſi vel à Veneris occaſione decumbebant, vel ſi ſanguinis miſſionem, vel purgationem, ſi reiterabantur, mors accelerabatur, non deſſipiebant, ſed vſque ad extremum mente conſtabant excrementa, vel ſputamina graue olebant.

Modus enim hic calamitoſus per Autumnum homines exercebat vſq; ad Virgiliarum, ſeù pleiadum Occaſum, ſed non ita ſęuiter vſq; ad Brumale ſolſtitium pergebat.

Diximus quoque, quòd dum morbi huiuſmodi graſſari cęperunt in amęniſſimis locis verſus Occidẽtales partes Ciuitatis huius, vt apud Nyſitam, Pauſilippum, vel Chyaiarum ſinus, & cætera

tera circumuicina loca à Poetis apprimè celebrata, vt loca melioris Cœli, vbi dicebant, ver ibi erat æternum. Occaſione præterea, quia homines, vt mors erat animum relaxandi gratia, vel vindemias recolligendi, & ibidem ſpatio, ſi trium, vel plurium dierum commoraſſent, ſtatim vel paulò poſt ægrotare incipiebant, & ſic moriebantur, quæ quidem contingebant etiam ſi ad alia loca, vel rura ſe conferebant.

Verùm de ante dictis morbis, qui vulgabantur, hoc tantum diſcrimen erat, quia in Aeſtiuis Syntomata erant ad partes potius naturales, circa Iecur, ſtomacum, & linem. In morbis verò Autumnalibus, Syntomata ſtatim cor lædere videbantur, ſed cum pauca læſione naturaliũ partium, ſed occaſio erat læuiſſima loci mutatio non procul.

Sed peribant magis, qui plura medicamenta ſuſcipiebant. Et ſimiliter obſeruauit Hipp. 3. Epidemiorum Coment. 3. vbi dicebat. Et quæ offerebantur egrè admittebant. Nàm purgationes multùm offendebant, quorum, qui ſic habebant: ſubito multi deperiebant; multis malum producebatur; & cur lædebant medicamenta; Nec Hipp. nec Galenus rationem reddit, qui tantùm dixerat, Cùm multi morerentur, nullius erant vſus omnibus illis remedia.

Infertur ergò, ex his, quòd morbi erant pernicioſi, & inexpugnabiles, tum eorum ratione, tùm etiam, quia vera remedia àpud Medicos hucuſq; non erant cognita cum ab effectibus cõſtellationum ſtellarum pendebant, & ſic in noſtro negotio ſupradicto, & præſentaneo contingebat. Vndè ad hæc Doctiſſimus Galenus reſpiciens. Tertio de præſagationibus ex pluſibus rectè exclamauit his verbis. Ad putredinem, quæ cordis corpus occupauit, quam medicinam excogites? Intelligens putredinem cum mala qualitate pernicioſa ex cauſis ſuperius aſſignatis, nàm tunc temporis Cœlum in totum peſtilens, vt ipſemet paulò poſt ait, ſed cur medicamentum aliquod iuuatiuum, videlicèt in his febribus excogitari nõ potuit, humores tales putres, vel corruptos attrahere valens in præſenti cõſtitutione, licèt ex Medicorum conſilio, vel collegio conſuetum medicamentum concludebatur, vt fieri, vel ordinari ſolitum eſt in morbis ſparſis, victum comitantibus, cum ſuſpitione malignitatis, ex Manna, Reubarbaro, Triphera perſica, & alijs ſimplicibus, ex quo medicamine non ſolùm non iuuabantur, ſed moriebantur potiſſimè. Quia morbus pendebat ex cauſa etiam vniuerſali, ideò erat inexpugnabilis à conſuetis præſidijs, lædebantur etiã à ſanguinis miſſione, ſed cur lædebantur inferius docebimus. Erat etiam apud pleroſq; Medicos, &

M con-

conſueta hirundinum applicatio, & indifferenter poſt alia vniuerſalia præſidia nullo facto diſcrimine de ſexu, de ætate, de temperamento, de vitæ induſtria, de victus ratione, & de conſuetudine, & alijs differentijs. Vnde vidimus puellas virgines, & alioqui formoſas, & coniugatas, quibus etiam non defuit poſtremò hoc remedij genus, à quo lædebantur potius, quàm iuuabantur. Hoc enim præſidium ſi cum decenti ratione ordinatur, eſt ſanè iuuatiuum etiam in morbis à victus ratione pendentibus, nàm multas cautiones habet, alioquin potius eſſe damnoſum, quàm proficuum cenſemus.

Cùm enim locus ſit ex excrementorum canalibus ipſum corpore exiſtente cacochimo, uel plettorico, ſcalpello, vel hyrundinum appl;catione laceſſere timendum fore de aliqua infl ammatione, vel eriſipelatæ, quis negabit? Cęterum ijs, quibus copia melanconici ſucci non ſuppetit pro victus ratione, & vitæ induſtria, uel temperamento habita ratione, abſurdum eſſe iudicamus hoc tentare remedium. Præterea ſexus fęmininus, vt ſcitis à meſtruis purgationibus fouetur. Vndè obſcenum, & deteſtabile eſt, indè ſanguinem mittere, & tantomagis virginibus, ac formoſis Iuuenculis, uel honeſtiſſimis Matronis, ob cõſuetas meſtruales purgationes etiam di cente Hipocratein Epidemijs in illa peſtilenti conſtitu-

tione,in qua ſeruabantur,Virgines pręcipuè quibus meſtrua erumpebant,& Galenus in Comento aſſerebat, ſeruabantur, quia habebant auxilium congenitum, in quibus quoque nullo ante tempore hæc euacuatio apparuit, nullius emolumenti huiuſmodi remedium eſſe iudicamus, nàm vltra quòd ducitur languens ad malam cõſuetudinem in pueris præſertim, timenda eſt inflammatio aliqua, vel eryſipelas,& cætera id genus. In febribus acutis etiam bilioſis, nec huiuſmodi remedium proficere poteſt, niſi ſit aſſuetus homo tempore ſanitatis habere talem euacuationem, vel ad iuntam habeat aliquam melancolicam etiam per aduſtionem diſpoſitionem. Alioquin in bilioſis febribus eſſet potius pernicies. Cùm fex ſanguinis melancolica, quæ in venis continetur Iuuat potius in febribus acutis, & bilioſis, & furioſis, ſiuè turgentibus, nàm cùm ſit frigidæ, & ſiccæ naturæ feruorem bilis compeſcit, & ſua craſſicie incraſſat tenuitatem turgentis materiæ, vndè ablàto humore malencolico, nempè craſſie ab ipſo ſanguine. Cui dubium, quòd mediocris pars in bilem mutatur à febrili calore, & bilis,quæ erat tenuior pars, tànto citiùs ad Principes repit partes,indè Syntomata,cordis læſio, deliria, & mors ſubinde ſuccedit,vt pluries obſeruauimus.

Vidimus .n. multos perijſſe deliros, qui prius nul-

nullatenus delirabant, & tandem ſtatim poſt hyrundinum applicationē delirantes paulò poſt: ſudoreque frigido, examinabantur. Quod quidem hyrundinum applicatio in ſede, aliquando iuuabit in dubium non verſamur. Dicente Galeno quarto de tuenda valetudine capite 4. Si venam ſecare non poſſumus, recurrendum eſſe docuit ad ea, quæ euacuant tantundem, vt potè in viris ad venas ſedis, & in mulieribus ad ſecandas venas in pedibus, laudat quoque Hippocrates in Epidemijs prodeſſe in Nephriticis melancolicis, & varicibus, & alijs per aduſtionem morbis, laudamus nos quoque in vtentibus melancolicis cibarijs in ætate conſiſtentibus inaduſto, vel melancolico temperamento, & alijs affectionibus huiuſmodi. Verum ſi in particularibus morbis competit, & ſparſis in prædictis præcedentibus à Cœlo morbis, damna potius, vt cumque iniuncta hæc remedia intulerunt. Diximus in loco Galeni allegato quarto de tuenda valetudine, quòd dùm mittendus ſanguis erit, nec præ becillitate ſecari venam poſſibile erit, per ea, quæ tantundem ſupplere poſſunt, ad hæc tandem recurrit, tum quia minor erit debilitatio, tum etiam quia eſt conſueta illa euacuatio, Et licèt ſit particularis tamen generalis euacuationis vi-

cem

vicem gerit, propter innatam conſuetudinem,& ſic in non aſſuetis verſa vice, nàm quanto erit emolumentum, hic modus mittendi ſanguinem in aſſuetis, patet ergo ratione, & authoritate vsũ mittẽdi ſanguinem per ſanguifluas ſedis non ſemper afferre iuuamentum, imò potius maximum diſcrimen, & detrimentum. ex quo remedij genere in mea praxi multos vide demortuos præter rationem.

DE ANTIDOTIS.

NON etiam Antidota fuerunt proficua ad malitiam impugnandam, licèt Antiqui tytiacam omnium Antydotorum Reginam appellauerunt, tum propter diuinitus inuentam compoſitionem, tum propter ſimpliciũ excellentiam; & nihilominus propter hominum delicatam vitam ipſam abhorrẽt, adeò vt potius mori malint, quàm ipſam olfacere velint, eaque propter ad Scorzonariam ad perlarum uſum, & lapidem, quem Bezuar appellant recurſum ad malitiam obtundendam tãquam ad ſacram Anchoram habuerunt, nec ad morbos, qui uulgabantur aliquod iuuamen attulerunt, quia erant uix expugnabiles effectus ab Aſtris, tùm etiam quia ſi de lapide Bezoar eſſet uerum, quod ab Au-

Digitized by Google

Authoribus ſcribitur, quod ueneno, uel malitiæ humorum aduerſatur. Nihilominus propter hominum auaritiam magna ex parte adulteratus venditur. Nec perlis, ſiue margaritis aliqua etiã vis eſt, quæ qualitate occulta, nec manifeſta poſſit prebere auxilium venenoſæ qualitati oppugnãdo, niſi à ſtellis hoc tantum illis ſit tributum, & tandem in languentium adeò inoleuit vſus, cui nulla profectò fidem adhibemus, & de his hactenus. Sed reuertamur ad ſanguinis miſſionem per ſectionem venæ cur offendebat.

Venæ quidem ſectio in præſenti Anno uirtutis becillitatem, & alia ſyntomata afferebat, nam cum humorum agitatione corruptio, quæ latitabat quodã modo excitabatur, & ſæuiebat demũ magis, ac ad cor accedebat, indè frigidi ſudores, & mors accelerabatur, teſtis Galenus de cibis boni, & mali ſucci. In illa conſtitutione peſtilẽti poſt Annonæ caritatem, vbi tanta in humoribus hominum fuit ſecuta corruptio cum febre, & ſine febre.

Quamobrem hęc Galenus verba protulit. Cũ autem ab initio morbi, Medici nonnulli, pauci venã incidere auderent, neq; ab re ab huiuſmodi remedij genere abſtinebãt. Quandoquidẽ vires ægrotorum reſoluebantur. Miſſus quidem ſanguis non adeò probatæ bonitatis ſpectabatur, qualis ex ſalubri corpore emitti ſolet, ſed uel

igneus

Digitized by Google

igneus magis, vel acrior, vel ſeroſior erat, & c. quia poſt diſſeptam dùm fluebat, erat pungens, vt vlcus ægre ad cicatricem coiret, hæc Galenus in loco a legato. Dùm autem venæ ſectio ad noſtrum præpoſitum non iuuaſſet ad hæc reſpicientes à venæ ſectione quoquo pacto abſtinuimus ſaltim in quantitate, vel in reiteratione.

Ad hæc Hipp. etiam tertio de morbis vulgaribus Com. tertio in illa peſtifera conſtitutione adeò humores corruptos, & in extraneam naturam mutatos obſeruauit etiam in rectè, & ſanè degentibus, vt ſi leuiter vulneratis, vel minutim pũctis ſtatim ſæuiſſimum Eryſipelas accedebat, & paùco tempore poſt mors ſuccedebat. Et hæc omnia, quia omnibus ferè humores erant corrupti indicibili qualitate à Cœleſti conſtitutione tanquàm à cauſa potentiſſima. Vndè in hoc tempore 1600. quid mirum eſt, ſi facta mutatione per quam breuiſſima de loco ad locum per quã breuiſſima, nempè de quauis habitatione ad Rura, ſiuè ad quæ quis prædia, & è contra. Et ſi ſecta vena humores in malignius mutationem ſuſcipiebant, ac etiam propter euacuationem, & ſpirituum reſolutionem ob aſſumpta medicamina (commotis, & conturbatis humoribus facta in corpore ſeditione) qui cùm eſſent praua, & indicibili qualitate affecti ad partes principes accedendo Syntomata, & mortẽ deniq; inducebant.

Cùm

Cùm igitur Aeſtiui morbi, atque Sytomata ab Autumnalibus diſtabant eo quòd circa partes naturales potiſſimè infeſtabant. Externa ſiquidem cauſa duplex erat. Nempè ab ambiente, & corrupto aere, ſiue affectarum aquarũ potione, altera verò cauſa fuit à Stellarum influxu vltra magnam coniunctionem Saturni, & Iouis in ſigno piſcium, & Solarem Eclipſem immediatè præcedentem etiam in ſigno piſcium: Acceſſit ſanè mediocris coniunctio duorum Superiorum die 2. Menſis Maij 1600. Iouis, & Martis in ſigno Leonis Quadrante Italiæ, vt Cęleſtium rerum ſcriptores dixerunt.

De hominum membris: Iouem in iecore, & ſanguine dominari, & Martem in felle, & humore bilioſo; cùm autem in Leonis ſigno vterque planeta ad congreſſum deuenit, miſtionis cauſa ſanguinis, & bilis fuit, ac ob Martis feruorem, & præſentiam, ſanguis corrumpebatur, & in bilis naturam vertebatur. Indè bilioſi emergebant morbi. Nempè Tertianæ, quæ à bile ortum ducunt, quæ dùm per carnes deferebatur rigores inducebat, cuius portiones, aliæ per vomitum, & nauſeam expurgabantur, quæ quidem, vt dicebat Hip. 2. de Natura humana, humores ſiquidẽ à quibus locis expelluntur, vel per quæ tranſeũt, vel ad quæ recipiuntur, offendunt. Hinc Iecur ſtomacus, ſiuè ventriculus etiam corde conſen-

N tiente

tiente offendebantur, eoque magis cum Leonis ſignum in ſtomaco, vel corde dominatũ teneat, & igneam ſortiatur naturam. Ergò talia erant ſytomata, & morbi, qui Eſtate vulgabantur iuxtà conſtellationes.

De morbis ſimiliter in Autumno ſucceſſis, vt à cauſis propinquioribus, & vniuerſalibus etiam ab Aquis, & Aere. Verùm quia die 7. menſis Septembris duorum Superiorum altera coniunctio ſucceſſit. Nempè Saturni, & Martis in ſigno Libræ, ſigno planè humano. Quæ nimirum humanum genus infeſtauit, & tanto magis cum duorũ maleficiorum Synodus erat, Mars quidem feruore, & Saturnus marcore humanæ vitæ inſidiabantur. Hinc antiqui dittitare ſolebant (vt ait) Ficinus Saturni coniunctio, & Martis in Cœlo peſtis eſt timenda in terra, nam Saturnus ſua malignitate noſtræ naturæ inimicus frigore, & marcore ægritudines ad caloris extinctionem inducit. Quamobrem ſyntomata potius ad cor, & circa cor fuerunt ob Saturni malitiam, & naturam. Et Mars quidem ei coniunctus ſuo feruore, & velocitate Saturni malitiam feſtinanter quam decebat penetrare fecit. Hinc viuentes vt homines citò morituri etiam rectè degentes in pectore mortem ſeruabant. Vndè tot hominum funera ſucceſſerunt.

Ad hæc præceſſit magnæ coniunctionis rigor

Sa-

Saturni, & Iouis in primo Decano Piſcium, qui vt aliàs diximus ſpatio 20. Annorum durare poteſt, donec ad aliud ſignum, ſiuè eiuſdem, vel diuerſi trigoni tranſitum faciat, in Mundum inducendo magnas alterationes, atque mutationes iuxtà rationem etiam luminarium deliquiorum, ſi conueniant in ſigno, vel trigono, ac pro ſigni natura in Zodiaco, ac etiam pro ratione luminarium ſynodis, vel etiam planetarum trânſitu malignantium per ſigna Zodiaci.

Ex quibus igitur iàm ſcimus prædictam magnam coniunctionem initiaſſe ab anno 1583. Et Solaris eclipſis ſucceſſit ſub Anno 1598. atque vtraque in ſigno Piſcium, & Aqueo, & domina loci ecliptici erat venus humiditatum, & pluuiarum mater. Nec non & altera Lunaris in ſigno Virginis fuit, in ſigno humano, quæ etiam calamitatem in homines ſignificabat. Et etiam alia horribilis Lunaris in ſigno Aquarij etiam ſigno humano, quid ergo miri, ſi hominibus tantùm minitabantur calamitates mediantibus pluuijs alluuionibus, ac in Mare tempeſtatibus. Vndè licèt Anno ſequenti 2599 nulla luminarium defectio, nec aliqua in ſignis conſtellatio obſeruabatur, ſucceſſit effectus ſuperiorum coninnctionis, & trium Eclipſium ſupradictarum, in ſigno Aqueo, & humauo, ergò calamitates hominibus ob nimias Aquarum affluentias ſucceſſerunt de-

mum continuatæ, & numquam auditæ pluuiæ, niues, grandines, tempeſtates, & venti cum continuis atris in Cœlo Nubibus,quæ pluuiæ per ſeptem ferè menſes continuabantur, vtpotè de menſe Nouembris 1599. vſque ferè ad menſem Maij. 1600. quod notum omnibus fuit. Et quãuis in anno 1526. & 1527. fuerunt obſeruatæ pluuiæ continuatæ ſpatio quadraginta dierum circiter, & ex earum occaſione dira in Regno Neapolis peſtis ſucceſſit, & nihilominus prædictæ, contemporaneæ pluuiæ fuerunt largiores, & longiori tempore durauerunt, ex quibus originem habuerunt in portibus naufragia, inundationes fontium, & lacunarum ſcaturiẽtium alluuiones, quaſi dilluuia, & præſertim in tota Regione Campaniæ apud Nolam, & alias Regiones finitimas, & varia loca Regni Neapolis, ex quibus tot hominum funera ſucceſſerunt, vt dictum eſt ſuperius.

Res profectò admiratione, & memoratione digna, nam nec hucuſq; audita, neque memoriter ſcripta à Noetico Dilluuio reperitur, & ſucceſſiuè quoq; dictæ pluuiæ iterum ſub pleiadũ occaſu inſurrexerunt, quæ vſque ad Brumale Solſtitium perrexerunt 1600. & tandem hic vna cũ calamitoſis morbis ceſſauerunt. Ex quo cũ erant generales euentus cauſati tùm à magna præcedente coniunctione, & ab alijs mediocribus ſuperius

perius dictis, ac etiam à tribus luminarium eclipſibus proximè præcedentibus. Qui enim effectus per ſpatium duorum annorum, & menſium quatuor durauerunt hucuſque. Nam locus ſolaris eclipſis, fuit in quarta prima Orientali die 6. Martij 1598. Debebant enim effectus eluceſcere 6. Iulij proximi ſequentis, ſuper additis demũ alijs duabus lunaribus effatu dignis eclipſibus, quarum altera fuit in ſigno Aquarij, quæ durauit horis tribus, & min. 35. à principio ad ſinem, ſed totalis luminis priuatio hora vna, & m. 8. Cuius effectus initium habuit à die 16. Anni reformati ſequentis 1599. Quippè qui duobus poſtea cum dimidio menſibus durare potuit. Acceſſitq; altera eclipſis Lunaris de menſe Februarij die 10. eiuſdem Anni 1598. in ſigno Virginis à principio ad finem duratio horis tribus, & min. 29. Vera autem luminis ſubreptio hora vna, & min. 53. Cuius effectus poſtmodum emanare cęperunt non multò poſt.

Ex quibus effectibus calamitates pro tempore ſucceſſerunt, & vt diximus cùm locus Solaris Eclipticus fuit in prima quarta Cęli die 6. Martij 1598. effectus eluceſcere ceperunt de menſe Iulij proximi futuri, & eorum finis fuit, tranſactis annis duobus, & menſibus quatuor. De menſe igitur Nouembris 1600. etiam perniciosæ egritudines ceſſauerunt.

Et ſic concludendo dicamus, quòd omnes generales proximi præteriti euentus, ſiuè calamitates rigore magnæ ſuperiorum coniunctionis, Lunarium deliquiorum, atque ſolaris in ſigno Piſcium ſucceſſerunt. Cùm enim Piſcis ſignum Iouis domus, Veneris carpentum, & Martis trigonum ſit, cuius domus in Scorpione dicitur, & de oppoſito ſignum humanum Virgo reſpicit, ac ab eodē ſiniſtro quadrato Sagittarium, dexteroue quadrato geminum ſignum, quę enim omnia humana ſunt, nimirùm ſi vt diximus calamitates in homines, ac præſertim mulieres vtero gerentes ſæuierunt. Et hæc de cauſis calamitatum noſtrarum. Quantum ad Medicos Phyſicos, & Aſtrologos. Reliquum eſt explicare quædam, quæ in noſtris lucubrationibus fuerunt prætermiſſa, & ſic de omnibus, quæ fuimus polliciti ſatisfactum fore iudicabimus.

Verùm quia circa Aſtrologicam doctrinam multa tractauimus, quæ profectò apprimè fuiſſe neceſſaria videbatur, pro cauſis noſtrarum calamitatum. Ex quibus multa etiam Medicæ facultatis diſputauimus cum Hipocrate, & Galeno Authoribus. Verùm quia de cauſis nihil effatu dignum venari potuimus, nec pro dubijs ſoluendis in calamitoſis nuperrimè ſucceſſis conſtitutionibus. Qua ratione iure merito ad aſtra recurrere fuimus coacti, tanquàm ad cauſas generaliores,

res, tùm cõmunes indè vniuerſàles effectus emergebant, de quibus rationes quo modo, qui perſpicaci eſt ingenio iudicare poteſt, vel ſi laboris fugitantior non eſt, melioribus lucubrationibus indulgere poteſt. Verum quia Aſtronomicæ ſpeculationes cũ multæ indaginis ſunt, ideò à multis aſpernuntur, ac contra ipſas maledicta referre non pudet immemores earum, quæ Hipocrates de Aere, Aqua, & locis exarauit, vbi Medicos monebat dicens; ſi quis cognoſcat temporis occaſionem maximam artis Medicæ, Gloriam cõſequetur, & vt ita dicam, Aſtronomia maximè ad rem Medicam confert. Nàm vnà cum temporibus ventriculi hominibus mutantur. Oportet enim maximas temporis mutationes obſeruare, vt neque medicamentum libenter exhibeamus, neque vramus, quæ circa ventrem, neque ſecemus prius quam dies decem pręterierant, aut plures, & non pauciores; periculoſiſſima enim ſunt ambo ſolſtitia maximè verò Aeſtiuum; periculoſum enim eſt etiam vtrumq; Aequinoctiũ, magis verò Autumnale. Oportet enim Aſtrorũ ortum conſiderare, præcipueq; canis.

Inde Arcturi, & Pleiadum Occaſum, Morbi enim maximè in his temporibus iudicantur, alij perimunt, alij in aliam ſpetiem mutantur. Ex his ergò patet Hipocratem declaraſſe Aſtrologiam Medicinæ eſſe neceſſariam. Et tãdem multi ſunt

Aſtro-

Digitized by Google

Aſtronomiam calumniantes, inter quos legimus Manardum, in quadam ſua Epiſtola ob latrantẽ contra Galeni librum tertium de diebus decretorijs, auctoritate fretum eius Præceptoris Franciſci de Benci, qui neque Lunæ aſpectus cum Sole, nec aliquas aliàs conſtellationes obſeruabat in Egrotis, ſed quouis tempore indifferenter Medicinam purgatiuam exhibebat, multa enim ibi negans Lunæ potentiam in hæc inferiora pronũciauit, conſulendo in Egris potius obſeruandum eſſe lotium, quam Aſtra, contra quæ eius verba multa eſſent dicenda, quæ ob honeſtatem tacemus. Verum hæc tantum dicere non pigebit. Lunæ enim opera apud omnes mortales clara, & aperta ſunt. Nam relictis alijs in hominibus ægrotis, mutationes ad mortem, vel ad ſalutem non fiunt, niſi ob Lunæ aſpectus, interlunij, & plenilunij, vel quadratorum, & ſi languentes deſtituti iacent, horum aliquo appropinquante, ad occaſum feſtinant. Dùm enim Lunæ cum Sole coitũ, vel oppoſitionem conſideramus, ſtante medicamento exhibendo ſicut neceſſitas poſtulat. Conſideranda eſt ſigni latitudo in Zodiaco, ſi platticè, vel partiliter, partiliter enim aſpectus non eſſe poteſt vno die integro. Sed in quadam parte diei, in qua ſi ſcienter Medicus Pharmacum exhibuiſſet in maximum incidiſſet errorẽ; inſpecta ſiquidem neceſſitate inſpiciendum eſt, dùm Luna ad

Solem

Solem applicat, vt planeta leuis ad ponderoſum, tam ad Synodum, quàm ad oppoſitionem ſi tendit, ſaltim ſpatio octo horarum ante, vel poſt, ad minus minori detrimento ſalutis Egroti Pharmaco, vti poſſibile erit. Verum hoc vnum nobis denique reſtat, ſi morbus indè incępit cum Luna iàm iàm ad Synodum deuenerat, & in oppoſito gradu diſtantiæ, vel nonageſimo gradu diſtantiæ Pharmacum dabitur. Nàm dùm decubuit, æger Luna infeliciſſima erat, quia ſub radijs retinebatur, atque obſeruatum eſt in Nouilunio, vel paulò antè, qui ægrotant perſæpè moriuntur, vel lõgá ægritudine conflittantur. Omiſſis ergo rationibus alijs, dicamus, qua ratione in Lunæ coniunctione Pharmaco, vti non facile poteſt (omiſſa Médicorum infamia) nàm parentes, & aſtantes, dùm ſentiunt Lunares aſpectus, neque facile in Pharmacis accipiendis, libentiſſimè conſentiũt, dùm fuerunt, experientia aliàs edocti, quòd ægri olim quàm plures demortui fuerunt.

Ratio enim eſt, & cauſa cur in Nouilunio nõ datur Pharmacum, eſt, quia tunc Luna lumine omninò caret, & ſub radijs proſtrata iacet, & humiditate conſueta caret, hinc corpora noſtra magis ſicca manent, & virtus retentrix roboratur, poſſet Pharmacum tũc tẽporis humores noxios agitare, & non euacuare ob inobedientiã virtutis retentricis, & ſic tempus illud erat euitandum.

In plenilunio verò Pharmacum erat fugie̅dum, quia Luna tunc corpora noſtra maximopere calefacit, ac admodùm humores in corporibus noſtris adaugentur. Vnde nrgume̅to, quòd noctes in plenilunijs ſunt calidiores, & quòd calor à centro ad circunferentiam trahitur. Vndè humores omnes etiam ad corporis ambitum co̅tinebuntur. Pharmacum verò è conuerſo à circumferentia ad centrum ipſum trahit. Hinc tempus illud euitandum fore conſulemus, ne Medicus contrarios motus moliatur, ex quibus virtus ipſa læſum iri poſſet, & ſic vtroq; tempore euitari poterit Pharmacum vti exiſtimauimus (omiſſis tantis nugis, & Medicorum argumentationibus) ad Manardum tantùm deniq; virùm, qui ita audacter ſcientiam Aſtronemicam omnino refellere in ſuis Epiſtolis conatur, reuertamur.

Miror maximoperè de eius ingenioſis rationibus contra Aſtrologos, ſed cum omiſſa Aſtrologia profitetur artem medicam præcipuè, & tandem in libro 3. ſuarum Epiſtolarum, Epiſtola ſecunda, ad Gregorium Triuiſinum ſcribe̅s Conſilium ad cura̅dum morbum, qui dicitur Incubus, vbi pro remedio iuxit duas cucurbitulas ſcarificando affigi, ſiue præciſas ſupra talum aliam, & & alteram ſupra poplitem dextera vtraq; parte interiori, quæ remedia, qui locus, qua congruitate fiant, eſtote vos Iudices. Nàm ex his poteſt fie-

ri Iudicium de eius ingenij acumine, & hęc de Manardo dicta ſufficiant.

Quòd enim Aſtra poſſint ad nos, de Luna abundè diximus. Quia omnia, quæ ſuperiora poſſunt, ipſa recipit, & ad nos refundit, vt magis proxima, & magis citima. Sol enim vt pollentior in diurnis, & nocturnis lationibus agit, atque diſponit. Dũ vel ſupra, vel ſubter eſt præſens, vel abſens operatur, agit enim quæ videmus, & quæ velimus, vel nolimus, ignoramus. Valeant ergo, qui dicunt Aſtra ſunt valdè remota, Ideò hic non operãtur. Cùm enim Sol in imo hemiſpherio eſt: an generat hominem cum homine, & Luna cum eſt inferius, an occidat, vel fętus ab vtero exire compellat, quis negabit? Cedant ergò Aſtris duræ ceruicis qui ſunt, nec ab Aſtris poteſtates auferant.

Sol enim ſpiritibus, & Luna humoribus dominatur, quæ in fętibus propterea, & in morbis valdè potens eſt, dicebat Hipp. in libro de natura fœtus, & de carnibus. Vndè in morbis ſparſis propter eius aſpectus criſim mouet irritando, & ſtimulando virtutem regitiuam noſtri corporis, & ad Iudicia feſtinare facit, dùm enim quadrangula Nonageſimum gradum diſtantiæ ab initio attingit, Dùm autem ad oppoſitum diſtantiæ ad 180. gradum accedit, & ſic decima quarta dies erit, dùm ad 270. gradus, ad vigeſimum

O 2 pri-

primum diem erit, & dextero quadrato radio vtitur; ac iterum criſim mouet, donec iterum reuertatur. Vndè à principio morbi Luna diſceſſit, & ſic ad iudicia morborum ſe exercet, de quibus ſi Deus prorogauerit uitam cum Galeni tertio de diebus decretorijs luculentius noſtrum commentarium in lucem proferemus, atq; abundè diſputabimus.

De cauſis igitur noſtrarum calamitatum, quæ de proximo ſucceſſerunt, quantum ad Galeni, & Hipocratis doctrinam, atque ad Aſtronomiam ſpectare potuit pro uiribus explorauimus. Verũ quia dum de Syntomatibus, & morborum moribus, atque ſpetiebus multa pronuntiauimus, quæ multa inter obſeruationes erant conſideratione, & admiratione digna, quorum cauſas, & rationes in medio reddere abſtinuimus, & ſic poſtremò diſtulimus, quæ quidem cur fiebant, deinceps percurramur. Et

Primo, ſi morbi in Aeſtate, uel Autumno, cùm erant communes, & vulgares, atque pernicioſi, cur contagioſi non erant?

Secundo, ſi pro loci mutatione in pernicioſos morbos incidere ſolent, ſub cane tantum, quod eſt antiquiſſimum obſeruatum. cur mutationes quoque in Autumno fiebant tempore incõgruò? Vbi omnes mutationes Aeris ceſſare obſeruatur, dum ad nos pluuiæ accedunt.

Ter-

Tertio, ſi mutationes fiunt Aeris pro diuerſitate paralellorum, vel climatum, cur breuiori ſpatio à Ciuitate ad propinquiora loca, vel Rura, vel prædia, vel viciniora Opida, vbi per quàm breuiſſimum ſpatium interciderat, & tandem mutationes cum periculoſiſſimis morbis ad mortem fiebant.

Quarto, dum mutationes fiunt de ſanitate ad ægritudinem multam profectò loci diſtantiam expoſcunt, & inſuper. vt de meliori Cœlo ad deterius, & tandem hoc in tempore fiebant per quã exigua diſtantia nullo facto diſcrimine de meliori, vel deteriori Cœlo.

Quinto, cur enim gentes in locis deterioris Cœli commorantes tutiùs degebant, ſi ad meliora loca, vel ſalubriora ſe conferebant, ſtatim ægrotabant.

Sextò, cur enim morbi in paluſtribus locis, vel craſſioris Aeris deinde etiam apud loca aprica, & tenuuioris Cœli fiebant, & vt vtrobique etiam moriebantur.

Septimo, ſi morbi cauſam occultam habebant in Aere, & Aqua quibus communiter cætera animalia vtebãtur, cur homines tantùm lædebãtur?

Octauo, ſi morbi erant hominibus communes, cur potius vrbaniter, & ciuiliter viuentes in Autumno moriebantur, quã ruſtici, & agricolæ?

Nono, ſi morbi in tali conſtitutione circa ſuburbia

urbia, & circumiacentes partes huius Ciuitatis Neap. cur in meditulio magis ſalubriter potius degebatur, Cùm ob hominum conuentum plura congeruntur excrementa, nec Aer beneuentilatus erat, ſicut in alijs locis, & tandem per pauci ægrotabant.

Decimo, ſi ſenes ægrotabant, vel ætate conſiſtente nullo pacto euadebant.

Vndecimo, in hac quidem tempeſtate, cur vtero gerentes ſi ægrotare contingebat, nullatenus euadebant?

Duodecimo, cur in æſtiuis currẽtibus morbis anno præſenti 1600. una tertiana incipiebat vſq; ad decimam quartam diem, inde duplicabatur.

Decimotertio, ſi conſuetum eſt omnes putres febres per ſanguinis miſſionem, & per medicamentum purgans curare. Cur currentes febres vtrumq; præſidium abhorrebant?

Decimoquarto, ſi proprium eſt tertianæ febris rigere cum correſpondentia de tertio in tertium. Cur plures erant in vna die rigores, & inordinati?

Decimoquinto, ſi duplici tertiana cum rigoribus inuadebantur, Cur rigores remittebantur in dies, & uires labefactebantur, & ſic moriebãtur.

Decimoſexto, ſi ægrotabant, cur in decretorijs diebus peſſimas habebant acceſſiones, & Tertianæ duplicabantur.

AD

AD PRIMVM DICIMVS.

Non eſſe neceſſarium, eſſe etiam contagioſos morbos, quia pernicioſos eſſe contingebat. Quoniam contagioſi morbi alias conditiones requirunt, tùm reſpectu cauſæ, tùm verò reſpectu Synptomatum. Quò verò ad cauſas non fuiſſent humores, quales obſeruauit Galenus tempore ſuo, & Hip. 3. Epidemiorum in quibus aderat vis occulta, & venenoſa cum indicibili, & violentiſſima putredine, & corruptione in Aere, & ſic peſtis exaptiſſima erat cum contagio.

A D ſecundum ſub cane regulariter mutationes fiunt ob ſyderis naturam, & Solis pręſentiam in ſigno Leonis, quod vt Cæleſtium rerum ſcriptores aiunt ipſius Solis domus eſt, ad quam ſingulo quoque anno accedit, vbi pro tanta ipſius caliditate humoribus exuſtionem, & feruorem inducit, quos torrefacit, atque exiccat, hinc exauſta facta natura, vires ad collapſum tendunt, & hoc vno modo reſpectu paralellorum, & climatum varietate, vel procul, vel non longè ab Aequinoctiali humores enim varias ſuſcipiunt alterationes, mutationeſuè, inde pernicioſi morbi oriuntur, nec ob indicibilem acquiſitam prauam qualitatem humores regulari ualent, & ſic inexpugnabiliter, ac pertinaciter facti neceſſario tales, qui in ſimiles ægritudines incidunt moriuntur.

AD tertium ſimillimè cum autem potiſſimè mutationes cauſas potentiſſimas, & non loci diſtantiam reſpiciant, & ſic per quàm facile fieri potuerunt,& alio tempore ad quemuis locum,& pro quauis diſtantia.

AD quartum dicimus mutationes fieri non reſpectu loci in hoc caſu, ſed reſpectu materiæ, & cauſæ agentis, & mediante motu. Nec admirari debemus ſi cauſa pauci momenti videbatur ob breuitatem ſpatij loci, nàm ad effectum producendum ſatis erat, licèt pauci momenti videatur, nempè materiæ diſpoſitio humoralis, & aliæ cauſæ concurrentes. Vndè Hipoc. tertio Epidemiorum in conſtitutione illa peſtilenti,taliter homines ſe habebant,vt ſi aliquis ſi erat leuiter vulneratus,vel minutim punctus moriebatur prauis ſuccedentibus ſynptomatibus,quod ingens malum, nec reſpectu inſtrumenti, nec reſpectu vulneris magnitudinis ſuccedebat, quia non erat effatu dignũ.Benè uerum latentibus intus humoribus corruptis more canis inſidiantis adueniente puſilla occaſione, humorum virus concitante, ſynptomata,& Mors indè ſequebatur.Quod quidem etiam confirmare Galenum uidebatur, in Epidemijs com. 3. teſt. 75. de phrenetico quodam loquentem, ueneno non abſimile generari poſſe in corpore humano humores,qui ritu rabie in commorſis à cane rabido,dum rabies oçiari ui-

detur

detur per aliquod temporis ſpatium, accepto tamen incremento, dùm eo deueniet, quod effectũ producere poſſit, vt potè cùm cõmorſus Aquã aſpexerit formido, & pauor accedit, & poſteà breui moritur. Et à pari ad noſtrum propoſitum exiſtentibus humoribus intra corpus per corruptelam diſpoſitis, facta itaque breui comotione, vel agitatione ad quæuis viciniora loca latentem malitiam, ac venenoſitatem detegi, ad ſynptomata apparere indè mortem parerat.

AD quintum planè dicamus; quòd dùm homines in proprio loco quamuis improbo tutiùs, & ſalubrius degebant, quaſi ad alia ſaluberrima loca ſeceſsiſſent, Exiſtẽtibus ſemicorruptis quouis modo humoribus, & ſtantibus ſupradictis cõſtellationibus ſic ſe habebant, ſicuti piſces in loco ſtagnante turbulento, & cænoſo, qui dùm ad nitidiores aquas deducuntur antequam aſſuſcant, commodè viuere non poſſunt, à pari hominibus vſuuenit, dùm inſolitis locis habitant quamuis improbioribus iacturas, & alterationes patiuntur, dùm ad alia loca exponuntur, poſſunt enim ſtellæ quoque verticales multum, cùm indè principium conſeruatiuum ſuſcipiant.

AD ſextum, ſi vt diximus corruptos humores in pectore ſeruabant quocunq; ibant agitabantur, & ſic ægrotabant, verùm diuerſo modo, nàm craſſum ad Aerem malę qualitatis infectum

ex putredinis vi in morbum incidebant, in Aerē tenuiorem celeriùs penetrantem decumbebant, & tanquam à cauſa magis violenta, ac celeriter agente moriebantur.

Circa verò ſeptimum, Aer cùm ſit cauſa, ſine qua non, & aqua etiam ad animalium vſum neceſſaria, quamuis probitate careant. Si etiam omnia animalia ijs vtuntur hominibus tantùm nocumenta attulerūt, dum de Conſtellationibus tractum eſt, quia coniunctio in Autumno ſuperiorum in ſigno fuit humano hominibus tantùm nocumentum fuit.

Ad octauum, in huiuſmodi conſtitutionibus, & calamitatibus ſi circa nobiles potiùs fuit, fuerunt ægrotationes, quia cùm delicatè, ac molliter viuunt plurima excrementa gignunt, indè humores magis ad putreſcendos paratos habent; præterea dicebat Hipprocr. quarto de morbis ciborum varietas ſeditionem in corpore parit, contra verò humiliores homines ſimpliciùs ſunt vittitantes, & ſic non facilè ægrotant.

AD nonum, licèt morbi Ciuitatem noſtram circumuallabant, & in medio non tantùm attulerunt incommodum, quia altitudine domorum prohibebatur mala exalatio putredinoſa ab extra intus penetrare; præterea cùm per ſingulas domus ignis componebatur Aer tenuior, & purior reddebatur. Verùm de igne nobis non ſatiſ-

ſit, cum ad hoc, vt poſſit attenuare, & purificare Aerem debebat eſſe effatu dignus, compoſitus ex odoratis lignis, vel redolentibus ſyrtibus, & non ex carbonibus, & lignis ex putrefactis ſarcinis populeis; vt in hac ciuitate magna ex parte vtuntur. Ratio Aſtrologica eſt, quia Aries piſcibus dominatur, & non è contra, & Aries eſt ſignum aſcendens Neap. vndè piſcis ſignum eſt obediens Arieti, & cum ſit ſignum Eclipticum ad Arietem nullam offenſionem facere potuit per aſpectum quadratum, vel oppoſitum, & ſic fuit incolumis. Primo voluntate Dei, & Beatæ Mariæ Virginis cum Sanctorum ſuffragijs, qui ſuper ea protectionem habent, quorum reliquies hic ſunt, vnà cum bonorum operibus, & orationibus.

AD decimum ſenio confecti, & ætate matura, ſi ægrotabant pro certo moriebantur, quia putredo, & excrementa exuperabant virtutem, & ſic facillimè ſuccumbebant.

AD vndecimum vtero gerentes conceſſerũt multa excrementa tùm ante conceptum, tùm poſt vteri geſtationem. Nam clauſo vtero, & nõ ex purgante menſales ſolitas purgationes corpus in dies reddebatur excrementoſum, accedit ad hæc Infantulus in vtero pro ſui ipſius alimento, quod dulce, & probum eſt, trahit, vndè quod remanet pœnitus inutile, & excrementoſum re-

manet, indè ſi aliquam ſuſcipit putredinem praua Syntomata, & mortem affert facilius, quàm in alijs mulieribus, & tanto magis ſi à cauſis prædictis fuit inducta corruptio cum aliquali putredine ante parendi tempus fœtus quidem ob talē mixtionem, & corruptelam dùm trahendo alimentum improbi inueniebantur humores etiam ægrotare contingebat, qua ratione (Duce natura) non potens in tali ſtatu permanere indignatus membranas dirrumpens ad immaturum partum prorumpebat. Vndè geminati labores (vt Galenus) de partu optimeſtri detrimentum; & matri, & Infantulo fiebant, & ſic mors erat vna duobus. Sed abortientes aliquæ erant trimeſtres, aliquæ quatrimeſtres, vel optimeſtres magna ex parte. Qua ratione ſi cauſæ erant potentes ad robuſtorum hominum intentionem ſufficientes, tantò magis in tenellis, & muliebribus corporibus, complicatis afflictionibus.

AD duodecimum. Tertiana febris pro humoris natura ambulabat de tertio in tertiū, quia in vna minera vigebat, corruptio verò cum putredine, quæ erat ad partes diſtantes à corde, & creſcebat enim in dies, ac veluti rabies incrementum ſuſcipiens, indè alios inquinabat humores & decima quarta die cum Luna ad oppoſitum diſtantiæ à die ægrotationis, irritando virtutem regitiuam humani corporis ad criſim futuram. Vn-

dè

de humores relicti, & non euacuati rebelles, & irregulati ob eorum prauam naturam intus ſi retrocedebant, alioſq; humores contaminando, exagerando, & creando nouam putredinem ex ſimplici Tertiana duplicabatur, & de intermittenti continua emergebat, & morbus excreſcebat, & ſic peiora iuditia fiebant.

A D decimumtertium diximus ſuperius putredinem, & corruptionem multam habere latitudinem ſecundum intenſum, & remiſſum. Nam aliquando corruptio eſt multa, & putredo pauca, & tunc verificatur dictum Galeni 3. de Cri-tibus 4. ſunt enim febres quandoq; debiles valdè malignæ, ad quas quod medicamentum excogitabis? Quandoq; putredo erit multa, & corruptio pauca, & tunc febres erunt æſtuantes cum pluribus Symptomatibus, & nihilominus tutiſſimæ ſunt, vndè ſequitur Galenus. Et tandem viſuntur febres aliæ calidæ, atque incedentes, vt aliquando ſtomacho anguſtiam, calorem, & ſitim intollerabilem afferant, nihil tamen habent non numquam periculoſum, quod ſanè genus febrium medicamentum, & venæſectionem ſuſtinet, quod quidem in morbis ſparſis victum comitantibus accidit, nàm vt dictum eſt in medendi Methodo à Galeno, putredinem partim euacuare, partim alterare, atque ad benignius ducere debemus. Cùm verò putredo, & corruptio ſit

immo-

immodica, Syntomata, & mors propè erunt, vt in peſtilentialibus temporibus contingit; in quibus quam medicinam excogites? Galeno Authore 3. de præſagationibus expulſibus capite 3. Nam ſi medicamentum ignoramus proprium, & cum alio curare intendimus, profectò mortem accelerabimus. Ad rem denique reuertendo, cũ pro antedictis corruptio vigebat, & partes nempè principes occupabat, vulgarem ob conſtitutionem lædebant. Remedia potius nempè medicamẽtum, nam cùm vel in corde, vel propè erat, commotione quidem, ac agitatione in humoribus à medicamento facta, & propter loci diſtantiam inhabiliter ad euacuationem virtutem poſterni par erat. Et ſic Hippocrates de morbis vulgaribus coment. 3. à medicamentis lædebantur.

Quo verò ad ſanguinis miſſionem, an fieri potuerat, aliàs dictum eſt, ſed audiamus Galenum in conſtitutione illa ipſius tempore obſeruata peſtilenti in libro de Cibis boni, & mali ſucci, in capite primo dicentem, hæc verba. Cùm autem morbi initio, Medici nonnulli per paucis venam inciderent, neque enim ab re ab eius remediorum genere abſtinebant, quandoquidem prius vires ægroti diſſoluebantur; miſſus quidem ſanguis nõ adeò probatæ bonitatis ſpectabatur, qualis ex ſalubri corpore mitti ſolet, ſed igneus magis, veatrior, vel ſeroſior erat, vel acer, ac ipſam diſſer-

tam

tam venam pungens dùm flueret, vt ægræ ad cicatricẽ coiret. Ecce iam Galenus acquieuit obſeruationibus Medicorum tunc temporis ob repugnantem conſtitutionem in mittendo ſanguinem, quia ſanguinem mittere lædebat maximopere vt ſupra, ſicut hac tempeſtate noſtra etiam lædebat, & hæc deuenæ ſectione.

QVO ad decimum quartum. Reſpondetur vigere Tertianæ febris eſt propter fuſam flauam bilem per carnis ſenſibiles partes, ſed hoc idem in quartana febre contingere poteſt etiam ab humore malenconico, qui frigidæ, & ſiccæ naturæ eſt. Verùm Galenus in libro de rigore, tremore, & palpitatione tenet rigores fieri poſſe cum febre, & ſine febre. Vndè dicebat rigores fieri poſſe cum febre, & ſine febre. Vndè dicebat rigores plures, & inordinati ſobolem eſſe crudorum ſuccorum. qua de re rigores inordinati non tantum bilioſam febris naturam reſpiciunt, ſed cruditates. Vndè in hoc caſu rigores, & ſi erat inordinati, materiam crudam, intermiſtamuè, ac naturæ rubellem denunciabant ob pręcedentem auſtrinam, & aquiloniam conſtitutionem. Quapropter naturalem ordinem peruertebant. Nam cum venenoſa erat materia, ac naturæ inſidians, tempus congruum, vel temporis oportunitatem non expectauerat, & propterea irregulariter procedẽs, rigores inordinati, & extrauagantes erant.

Ad

Ad aliam quoque dubitationem dicamus, ꝙ ſi acceſſiones à natura diurna ad nocturnam accedebant itaq; ad veſperas exacerbari incipiebant, ac totam noctem infelicem tranſigebant. hoc totum deniq; erat, quia dum Sol, in hoc ſuperiori noſtro Orizonte eſt, Humana vita. Imò omnium viuentium, ac natura conſtantium viget, atque robuſtior efficitur. Et ſic à pari in tunc temporis ægrotantibus malitia interna in humoribus ita non præualet ob ſolis præſentiam, ac potentiam, eò quòd omnibus viuentibus vita eſt, Ideò ipſo tendente Sole ad Occaſum, omnia contra eueniunt, quare ad noſtrum propoſitum putredo, & malitia virtutem in humanis morbis præualere ad veſperas incipiunt, & ſuperare conantur. Indè virtutem per noctē, ſed proſtrari obſeruabatur, ſymptomata, & morbi vigebant. Ad hæc in die calor natiuus à centro ad circumferentiam tendit, tantò magis ob vigilias, malitiam humorum, quæ intus degebat ab influente calore paulatim veluti à centro ad circumferentiam expellebatur, & ſic virtus aliquantulum reuelata melius haberi videbatur, non quòd malitia clàm, & occultè more inſidiantis canis non operatur. Addo & inſuper pro obſeruatione dictorū. Inuenimus, quòd ſol adeò naturæ humanæ fauorabilis eſt, vt ipſo præſente, nec de facili ſuccumbere valeat; apparet iàm in deſtitutis, qui rarenter niſi poſt

Solis

Solis occaſum, vel in nocte: rarenter enim in horis matutinis, vel in horis meridianis moriuntur.

Qua quidem hæc omnia vltra Solis virtutem fiunt, dùm ſerò adueniente, influens natiuus calor retrocedit ad centrum, & ſic ſimul intra putredinoſam trahit corruptelam verſus Cor. Atque ſubindè fumoſitates corruptę naturam affligunt, Symptomata multiplicabantur, & morbi exacerbabantur. Et hæc eſt ratio, cur in nocte peſſimè affligebantur, quàm in die. Præterea putredinis, & eius effectus proprium, & peculiare eſt magis in nocte exacerbationem habere quamquàm in die, vt dicebat Hippocrates ſexto Epidemiorũ. Humores enim atteſtantur horas diei, ſicut mouẽtur Aſcarides ad veſperas, vbi innuit, humores moueri pro eorum natura, vel præ dominio in mixtis vt potè in meridie humor bilioſus, melancolicus ad veſperas, &c. ſtante quòd humores in antedictis febribus erant mixti cum multa pituita, ideò exacerbationes nocturnas magna ex parte habebant. Ecce iam ſatisfecimus hucuſq; ad vires.

A D decimum quintum, rigores quidẽ morbos aſſociantes in dies remittebantur, immò pœnitus latitabãt infra quoſdam dies. Verum prius in acceſſionibus paribus diebus, deindè in imparibus. Vndè in diebus paribus, in quibus prius nõdum viſi ſunt rigores tertianarum, & ſi morbus

Q vide-

videbatur propter remiſſa Symptomata, nihilominus malignius procedebat, eò quod in mane virtutis robur declinari videbatur, ſic ſingulis acceſſionibus fiebat, donec ægri ad Occaſum tendebant.

Cur enim hæc fiebant, ꝙ deficiebant rigores, & virtus tendebat ad collapſum, & in alijs acceſſionibus rigores vehementiſſimi vigebant, & nihilominus virtutis robur eodemmet modo quo reperiebatur nullam patiebatur iacturam in alia tertiana vbi rigores erant validi.

Ad hæc reſponſio in popatulo eſt, nàm rigores dum fiunt in tertianis, inditium dant humores eſſe ad partes muſculoſas à cute non diſtantes. Qui humores pauco pariſermè impetu tranſmitti poſſunt, verùm reliqui humores, qui in meditullio ſunt; cùm diſtent à circumferentia. Quantò magis vel ad cor accedant, vel ab ipſo non diſtant potius Symptomata circumuicinis partibus parere poſſunt, quàm ad partes longinquas. Vndè ad noſtrum propoſitum, quia humores æputreſcentes, & qui corruptionem ſapiebant in diebus imparibus ſi affligebant, licèt rigore homines incommodabant eo quod erant in partibus carneis, à corde diſtantibus, nihilominus virtutis iacturam inferre non poterant. Contrà verò in acceſſionibus paribus, quia humorum minera duplex erat, altera in muſculis, quæ rigores

affe-

afferebat, quæ vix aut pauco tempore extinguebatur. Alia verò vel in corde, vel non diſtans à corde erat quippè quę virtutē proſtrabat in dies.

De criſibus.

AD aliud caput, & vltimum, cur in prædictis obſeruatis morbis, cùm debebant in decretorijs diebus habere iuditia, vt potè ad decimam quartam diem, vel ad alios fortè criticos dies, & nihilominus, nec iuditia habebāt ſed exacerbationes in dies maximum incrementum ſuſcipiebant, quinimò ab ordine conſueto declinabant. Multa quidem circa hæc in medio adducere poſſemus de iudicijs de diebus decretorijs,& de natura dierum decretoriorum,& alia huiuſmodi,quæ prætermittere potius præ breuitate videtur. Cùm decretorijs diebus ſecundùm Medicos, & ſecundum quod cœleſtium rerum ſcriptores intendunt ſeorſim ad mentem Galeni etiam in 3. volumine de diebus decretorijs producemus in lucem, ſeorſim commentarium ab hinc non multos dies (Annuente Deo) vt ſuperius ſum pollicitus, ad rem in decretorijs diebus iuditia fieri non poterant, quia materia erat inordinata pro ſui ipſius qualitate, tùm etiam quia erat maligna, & inobediens, nam iuditia ordina-

Digitized by Google

ta dum fiunt, materia, nec eſt inpenetralibus cordis, vel in peſtilentiali tempore. Quare tunc virtutem regitiuam noſtri corporis adeò opprimit, vt ne ipſam ad congreſſum deuenire permittat, etiam num, quod ab aſpectibus Lunæ in Zodiaco ſtimuletur, vt fieri ſolet, in morbis ſparſis; ſiuè inordinatum victum comitantibus; nam Luna ab initio ægritudinis dùm reperitur in parte alicuius ſigni in Zodiaco per ſigna peragrans dũ nonageſimum gradum diſtantiæ attingit virtutẽ regitiuam noſtri corporis, agitat atq; criſim mouet. Et hæc ferè diſtantia ſeptem diebus computetur, quando Luna mediocris motus eſt, nõ tardi motus, nec cæleris, atque dùm criſis effectum habere non poteſt, in quadrato aſpectu, iterum in oppoſito diſtantiæ in ſigno oppoſito ab initio, vbi ægrotare incepit, centum octuaginta partibus in ſigno in Zodiaco completis tentat. Et tunc decima quarta dies ab ægrotatione vera erit, atque ſubinde ſi criſis ſuum non ſortiatur effectum celebratis, ſiuè conſumatis alijs nonaginta gradibus circa vigeſimam primam diem: Iterum ad criſim luna aggreditur, & hæc ſoluũt quæſtionẽ tam arduam ex dictis Hippocratis, & Galeni, an dies vigeſimus, an vigeſimus primus ſit in morbis Iudicatorius: & ſic quæſtio hucuſq; indeciſa mãſit, & re vera res paucì momenti eſt mea ſententia, & tandem, tanti momenti exiſtimatur apud

Me-

Medicos, vti Medicos ſimpliciter medicinam tractantes; nos autem qui Medicinæ artem colimus, ſed non ita triuialiter. dicimus, vt Gal. 3. de diebus decretorijs, & alij Cœleſtium rerum ſcriptores aiunt, & res ita ſe habet iuxtà experientiã, quòd neque annus ſemper eſt integer, vt patet in diebus intercalaribus, neque menſis, nec quoque hebdomada. Vnde circa annum Sol eſt cauſa ob ipſius motum in circulo obliquo circa menſes lunã irregulariter, ac minimè vniformiter moueri in Zodiaco, quare interdum tardi motus eſt: interdum vniformiter: interdum, celeriter moueri obſeruatur, quia in die naturali quandoq; vndecim partes cum minutis ſigni vbi reperitur abſoluit; interdum duodecim cum aliqualibus minutis: interdum treſdecim etiam cum alijs minutis: & plus qua ratione, quando Luna mediocriter ſe habet, in primo quadrãgulo criſim mouet in 90. gradu diſtantiæ ab initio, & erit ſeptima dies cõpleta: indè dum diſtantiæ oppoſitum quod 180. gradibus ſiue partibus conſtat Zodiaci decima quarta dies erit, vbi legitimè criſis apparebit, cũ verò ad deſterum alium quadrãgulum Luna accedit, ſi tardi motus erit, criſim mouet, irritando virtutem regitiuam noſtri corporis; cùm Luna aſtrum ſit, quod dominatur humoribus, magis proximum, & magis citimum ad nos. qua ratione, in vigeſima die erit, non abſolutis 270. partibus

bus ſigni in Zodiaco; ſi itaque Luna in motu tūc medio modo ſe haberet, & 270. partes abſoluiſſet, & vigeſimam primam diem completam vnà cum perfecta criſi abſque tanta difficultate,& periculo abſoluiſſet: quà de re ſi Luna celer ſit,vel tarda in 20. die,vel paulo plus incidit? Criſis mala erit quare Criſis in 20. die frequentior erit:quā vigeſima prima die; ſed criſis in vigeſima prima die eſt ſecurior,in decima quarta die,& uigeſima prima die, niſi incidat malus aſpectus ualdè ſeruantur ægri: quoniam uterque locus loco ab initio morbi aduerſatur; ſecus autē in uigeſima die; Aduertant quidem Medici in his uerbis,qui morborum tempora Criſes,& iudicia ipſorum obſeruare profitentur; Omiſſis nugis Medicorum Auctorum Aſtrologiam abhorrentium; quia ſic à quęſtionibus,an uigeſimus,uel uigeſimus primus ſit Iudicatorius, liberantur. Concludamus ergò ex deductis rationibus. Criſis enim quæ fit ſeſta die ualida, & ſemper mala, quia Luna erit tardi motus differtur Criſis,& non bona; Ad octauam uerò diem rara, & non bona, In uigeſima die ualida, & frequens, ſed plerumq; mala in uigeſima prima rara, ſed bona: In decima quarta frequens ualida, & bona, In decima tertia mala ſemper: & ſic quæſtiones à Medicis de uigeſimo, & uigeſimo primo die gratia Dei per me deciſę remanent: niſi durę ceruicis erit lector.

Hæc

Hæc enim omnia ordinatim fiunt; & ſic Criſes in morbis contingunt, dùm humoralis materia regularis eſt obediens, nec naturæ ob eius malignitatem rebellis, Attamen cùm virtus regitiua venit ad congreſſum, Luna peragrante per Zodiacum, & ſic Criſes ſequuntur; Contra verò ſi materia aliter ſe habet, nec iuditia, neque bonam Criſim expectare contingit.

An debemus vti in ægrotis ſubtractione horarũ videamus deinceps.

CVm enim de Criſibus, vel decretorijs diebus fuimus locuti, venit nobis in mentem deteſtabilis ille abuſus, qui inter Medicos inoleuit hucuſq; de ſubtractione vnius horæ à die naturali in morbis acutis, & bilioſis, quod quidem deducere à Gal. in tertio de diebus decretorijs apud Aſtrologos diſſonum, & apud Medicos obſcenũ videtur. Apud Aſtrologos quidem, quia irregulariter mouetur Luna per ſigna Zodiaci, nã in die naturali, quandoq; duodecim ſigni partes non integras, quando plures, quandoq; minores abſoluit. Apud Medicos verò, quia in primis diebus, morbo increſcẽte acceſſio anticipare ſolet: horis duabus, vel plus. At qui dum morbus conſiſtit, nulla acceſſionum fit anticipatio, ſed inclinante morbo fit acceſſio-

num

num manifeſta poſtpoſitio, & hæc de ſubtractione horarum in morbis, dicta ſufficiant, ad confuſionem ea vtẽtium. Cum nullatenus ſtare poſſit, etiam Galeni auctoritate freti, qui in talem verſantur opinionem.

Ex dictis ergò rationibus, auctoritatibus, & obſeruationibus tùm de cauſis Calamitatũ noſtrarum in genere, tùm verò in ſpetie ſub anno 1600. tùm etiam propoſitas ambiguitates, iam iam ſolutas abundè ſatisfeciſſe credimus. Verùm cum ſuperius de rimediss circa morbos locuti fuimus, ſed non particulariter. Cum morbificæ calamitates iam prætererunt, hucuſq; non remanſit remediorum locus prætererunt tractandi. Prætereita enim mala non curantur, quia occaſum. Præſentia enim mala, quia non ſunt, nã ſanè degitur, nec ergo remediorum locum expoſcit. De futuris ergo malis, quia vt generales habentur calamitates erunt generales euentus, qui facilè nec præcaueri poſſunt omnino, nec facilè curari, cũ nondum aduentarint, nec ad notitiam venit expugnabilesuè ſint, aut quæ ſymptomata afferre poſſent ignoramus. Et ut uerum fateamur, ſi qua mala futura erunt, quæ Deus auertat pro tempore nobis cõſulere liceat. Deum igitur Optimum Maximum intereà oremus, cuius ſemper ſit nomen benedictum. Amen.

FINIS PRIMI LIBRI.

DE PROGNOSTIGIS ASTROLOGICIS FVTVRARVM NOSTRARVM CALAMITATVM,

Ab Anno 1600. Vſq; Ad 1608.

PER IOANNEM DE VITO
Medicum Phyſicum Neapolitanum.

Liber Secundus.

IN præcedenti hactenus noſtro tractatu de vulgarium morborum cauſis egimus, qui nuper Anno 1600. in hoc præſenti Regno Neap. & præſertim in Regione campaniȩ Nolæ videlicet Luceriæ, & alijs circumuicinis Regionibus, ob nimias aquarum ſcaturigines,& alluuiones,ob præcedentes pluuias,ſucceſſerunt, eò quòd tantæ aquarum copiæ congregatæ ad Mare non fluxere,& demum æſtiuos

Digitized by Google

ob ſolares radios, craſſiores, quàm par erat aeris regiones euaſerunt. Vnde putredinis ſoboles oborta fuit, ac etiam praua quodãmodo ſuper addita qualitate vulgares morbi graſſari cęperunt, Sed intereà accedentibus duabus ſuperiorũ coniunctionibus Iouis, & Martis in Leone, & Saturni, & Martis in Libra in ſigno humano,ſeuiores,ac pernicioſiores in dies ægritudines fiebant, Vndè tot hominum clades emerſerunt.Verùm ſi receptui nobis canere liceat;cauſæ quę aquarum ſcaturigines, & inundationes induxerunt per irriguas conſtitutiones, & tot continuatæ niues,& pluuiæ fuerunt, quarum cauſas ſi venari cupiemus ex præcedentibus conſtellationibus in prõptu habebimus, nàm ſolaris, quæ præceſſit eclipſis in ſigno Piſcium,& magna coniunctio Saturni, & Iouis in eodem ſigno humectæ conſtitutionis in cauſa fuerunt,vnà cum alijs conditionibus, nempè,cùm Dominium in loco ecliptico Venus habuit, quæ Mercurium in regimine ſuſcepit pro ratione termini in domo Martis in 11. domo conſtitutum. Indè pluuiæ indeſinentes cum grãdine tonitrua,& terrifici venti ſucceſſerunt.Indè alluuiones, & cætera: tantomagis. Valent ergo in hoc Mundo ſuperiores conſtellationes per prius elemẽta alterare, ac generales effectus producere. Nàm per eclipſes per crinitas ſtellas per ſuperiorum coniunctiones, & per luminarium

ſyno-

ſynodos omnia in hoc mundo mutantur, & alterantur. Hinc bella, diluuia, vel inundationes, terremotus, annonæ caritates, animalium ad hominum vtilitatem interitus, reptilium, & inutiliũ animalium ex putri materia generationes, peſtis, vel æpidemiales ægritudines, & cætera. Qua quidem licèt diuerſa videntur inter ſe, nihilominus ad hominum incommodum vergunt, & potiſſimè humanæ ægritudines, de quibus abundè ſuperius diſſeruimus, quas ſi paulò altiùs mentem extollimus. A Deo Optimo Maximo propter peccata, & ſcelera noſtra emanaſſe cogitamus, ac deinde à cauſis ſecundis ante dictis, ſicut in Anno prædicto ſucceſſerunt. Nàm ex præcedẽte effectu magnæ coniunctionis Saturni, & Iouis in ſigno Piſcium in Anno 1583. qui durabit ſpatio 20. annorum, nempè vſque ad annum 1603. in anno 1598. duo ſucceſſerunt Eclipſes. Altera Lunaris in ſigno Aquarij, & Solaris illa in ſigno Piſcium Aqueo ſigno. Vndè ob conuenientiam in eodem ſigno, factum fuit, vt duplicatis viribus ad exceſſiuam humiditatem procreandam propter ſigni naturam, & Veneris dñe ſigni eclиptici, nulla alia præcedente potiſſima cauſa ab alijs Cęleſtibus conſtellationibus ſub anno 1599. tot continuatæ pluuiæ ſucceſſerunt: inundationes, quaſi diluuia, naufragia, ac Maris tempeſtate per totum Regnum, & præſertim per regionem cã-

paniæ, vt diximus. De effectibus quidem magnæ coniunctionis concluſimus, quòd durare poſſunt ſpatio 20. annorum, donec ad alium ſignũ tranſitus fiat. Nàm per illud ſpatium ſuperiores varios ſibi conſtituendo angulos per figuram ſexdecangulam ſpatiantur. Indè varij ſequuntur effectus, nàm tunc eluceſcere effectus incipiunt cũ planeta leuior à planeta ponderoſiori defluit, & gradibus 22.& minu. 30. diſtabit, & erit primus angulus ſemiplenus, & effectus eluceſcere incipit. Indè alium per eamdem diſtantiam conſtituens, & ſemiplenus dimidiatus angulus appellabitur, indè ad plenum ſe conferens angulum vires pollentiores exercet, & calamitates producit certè pollentiores, & ſic vniuerſam per figuram ſpatio 20. annorum ſpatiantur, & intereà ſi eclipſes occurrunt, quæ concordant, vel in eodem ſigno, vel trigono ſimiles erunt effectus, domino ſigni conſentiente, vt anno prædicto ſucceſſit. Cùm enim eclipſis duodecangulam, non ſexdecangulam figuram conſtituit, ſicut ſuperiorum coniunctiones. Nàm earum effectus ſunt pollentiores, & velociores, qui non poſſunt excedere ſpatium duorum annorum cum dimidio ad ſummum, ſicut obſeruamus de eclipſi præcedente nuper dicta. Nàm poſt tot ægritudines, ac hominum funera, vt calamitates generales vnà cum pluuijs ceſſauerunt, nec durauerunt, niſi vſq; ad

Vir-

Virgiliarum occaſum, vel parum antè hyemale ſolſtitium eiuſdem anni 1600. Et hinc deſinere cęperunt pluuiæ, & vos teſtes eſtis. Nàm etiam tunc ægritudines vndiq; delituerunt, vſque ad hodie, dùm paulò poſt vernale æquinoctium ſumus anno ſequenti 1601. de menſe Martij, & tandem gratia Dei ſalubriter viuitur vſque adeò, vt vix aliquis reperiatur ægrotus. Benè verum ſi interea aliquis de præterita ægritudine malæ affectus remanſit, hac ratione perijt, vel malè viuit. Quæ quidē omnia tanquàm in ſpeculo vidimus, & obſeruauimus huc vſque.

Intereà dum labenti anno 1600. die 10. menſis Iulij anni Gregoriani reformati Solaris apparuit Eclipſis in ſecundo decano Cancri, non deſpernenda colore fuſco tendente ad croceum, in qua ſolis mora fuit in tenebris horis duabus, & min. viginti octo. Et quia locus eclipticus fuit vltra cor Cęli poſt decimam non longè à cuſpide nonæ domus circa enim Idiotropiam. Signum Aqueum fuit, ſolſtitiale æſtiuum Lunæ domus, Iouis exaltatio, Veneris, & Martis trigonum, ac etiam Mercurij terminus, & ſic multa iuxtà Ptolemæi Doctrinam erunt prognoſticanda; nàm ante omnia durationes calamitatum pro quantitate obſcurationes metiendæ erunt, & pro ratione ſitus Cęli vbi fiet eclipſis habebimus tempus à quo initiabuntur effectus: Quare ergò incœpeperunt

perunt

perũt die decimatertia Februarij pręſentis 1601 & ceſſabunt die decima nona Ianuarij 1603. eò quod vt ſupra ſtatim eluceſcere non potuerunt ratione ſitus Cœli, vbi fuit eclipſis. Vnde à die prædicta calamitates initium ſumpſerunt. De qui bus inferius dicemus: ſed vt recte cœleſtium rerum ſcriptores dicebant, procedamus; eclipſis fuit in nono loco Cœli in ſigno Cancri, cuius dominatum ad Iouem ſpectabat, pro ratione exaltationis, poſtquàm luminaris erat domus, vt ſcitis dedignantur luminaria ſuſcipere dominium; Iupiter ergò dominatum ſortitur ratione exaltationis, & Mercurius ſubminiſtrabit ratione termini. Iuppiter ergò in medio Cœli in ſigno Leonis digradus Occidentalis, & in Saturni termino benignitatem naturalem retinere non poteſt, nec locum eclipticum lenire poteſt ſua benignitate, vel radio, ad quem nullum habet aſpectum, quin lugubri habitu ipſe quoque induitur, ſicut eclipſis, quare effectus proprios iuxtà naturam eclipſis ſuccedere erit facile: neque à Veneris radiatione aliquod præſidiũ ſalutare recipere poteſt, quia nec aliquem habet ibidem aſpectum. Vndè quod peius Mars, in vndecima Cœli domo in ſigno ſextili Virginis, quaſi partiliter in ſignis longe aſcenſioris, quæ quadratum præſeferunt locũ eclipticum percutit, quare effectus producẽdos ſollicitat ſua maleuolentia; Et ſic Cancer cùm

ſit

ſit ſignum Aqueum, & Lunæ domus, ac Veneris trigonum cum Dea pluuiarum ſit, pluuias ergo forè ominabitur, dùm pro ordinario tempore, prout obſeruauimus leues indè pluuias, & Cœlũ nubiloſum, ac procelloſum, quia ſignum, vt ſolſtitiale ſemper in Aere alterationes ſignificat. At qui pluuiæ maiores, & crebriores ſub ſolſtitio æſtiuo erunt expectandæ, vel non procul, vel fortè ſub cane timendæ erunt, quæ fortè durabunt vſque ad decimam quintam menſis Auguſti, timendæ erunt quoque pluuiæ in Autumno: Vndè ſi ſic ſuccedet (quod abſit, erunt duplicatæ calamitates expectandæ, tùm in ſegetibus, & leguminibus, & æſtiuis prouentibusq; colligendis, fructus quoque æſtiui & autumnales erunt ſerotini crudi nullius ſaporis naturalis cum ſuauitate aliqua: ſed fortè cum aliqua latente qualitate damnoſa ad corrumpendum humanos humores. Imò generabunt malas qualitates in vtentibus: cæteri verò fructus Autumnales erunt tardè ad maturitatem: in hominibus propter temporis cruditatem, & Solares radij cum à nubiloſo Cœlo ad nos demandari prohibeantur ac ebullitio in humoribus, intereà nullatenus fuit, & ſic viuitur ſalubriter pro nunc, ſed cùm in dies humiditas in terra exaggeretur, & nulla fit in corporibus humorum ſuperfluorum reſolutio propter ambientis prohibitionem, timetur poſtremò

in

in fine Autumni, vel non procul de morbis cum indicibili, & in cognoſcibili qualitate, ac curatu difficillimè per medicamenta, & Medicorum conſilia, quin cum in aere vigeant alterationes timendum erit de corruptione à tota ſubſtantia; & fortè de peſte (quod abſit) Sed vniuerſaliter iterum de humida cōſtitutione dicamus cum Hip. in Aphor. conſtitutiones humidæ inſalubriores ſunt ſiccis. Quare vltra calamitates ægritudinales erunt pro tempore durationis effectum, vt ſupra, naufragia alluuiones hominumq;, ac nauiū ſubemerſiones; Nauale bellum ſæuiſſimum infra præfatum tempus, niſi temporis importunitas obſtet cum fœliciſſima victoria contra communem hoſtem.

Circa ciuilia, & ciuiles mores erunt quodammodò mutationes in Aere: eruntq; multæ alterationes, ac prodigia Cometa fortè apparebit in Occidente ad inſtar Mercurij, qui in loco ecliptico reperitur, & Martis, qui domum Mercurij poſſidet, & erunt fortè terrifici venti, tonitrua ſepiſſimè, & aliæ indicibiles mutationes Autumno; Cùm ergo Cancer ſit Lnnæ domus inter plebleos erunt calamitates, & fortè ſeditiones, cum verò Veneris, & Martis ſit trigonum ob Scorpionem eius domum, & in aſcendente reperiatur malignas, cui dubium, vt ſuperius diximus ægritudines ſignificat, malignas etiam puſtulas curatu

tu difficiles: veneno, ac ferro multorum interitũ, mulieribus abortus, & alias calamitates ſignificare videtur. Accedit ad hæc multorum puerorum interitus, ob humidiorem naturam. Vndè ſuſpicandum etiam eſt nè catharrales deſtillationes ſuccedant. Anginæ, morbi laterales ad pectus, ac eryſipelata maxima. Cùm Mars dominus ſit aſcendentis, & ſextæ domus, quem locum dicunt ægritudinis: itaque mala ad caput minantur, vt poſt aures, tumores, ſurditates, cecitates, ſanguinis fluores, ex naribus, & cætera; Verùm cùm reciproca ſit radiorũ percuſſio à loco ecliptico, & Saturnus reperitur in duodecima erunt quoque ad inſtar Saturni calamitates, vt proditiones, carceres, occultæ, & hoſtiles inimicitiæ, animalium interitum gregalium, mærores ſollicitudines, ac multa ſordida machinamenta: duplicabuntur quoque; in Saturninos Saturnine affectiones: & tanto magis, quod eclipſis Saturni domum de oppoſito Capricorni ſignum laceſſit. Accedit ad hæc cum Iuppiter in ſigno prædicto ecliptico exaltationem habeat, ac itidem dominium ſortiatur exagerabuntur mala, vt ſpirandi difficultates, & aliæ indiſpoſitiones; cùm Cancri ſignum in hominum locis pectus habuit in ſortẽ, & Iupiter cum ſanguinis dominium obtinuit, vt Cœleſtium rerum Scriptores aiunt, ſanguinis ſputamina erunt timenda, ob Aeres à cerebro

S deſtil-

deſtillationes, inde tabes; & cùm Iuppiter Iecur ex hominum membris obtinuit, quod ſanguiuis officinam dicunt. Mars quoque burſam felleam cum humore bilioſo, in ea contento, poſſideat, qui cum Scorpionis dominus ſit in aſcendente, vbi Cœleſtium rerum ſcriptores humanam vitã, ac corporis compagem collocabant, bilioſos acutos, & pernicioſos curatu non faciles morbos expectari ſignificatur, cùm furioſis aliqualiter deliramentis, ob Mercurium eius collegam in loco ecliptico; & Iuppiter cùm ſit infelix in angulo medij Cœli in ſigno Leonis à ſextili radio à Saturno laceſſitus, in ſignis longè aſcẽſionis a duodecima domo ab aſcendente, qui aſpectus quadrato proportione reſpondet, cùm Leonis ſignũ Italiæ præſit in Italiam calamitates fortaſſis minatur ratione quadrantis.

Et idem Iuppiter cùm dominus ſit Sagitarij, etiam verſus occidentales regiones miniatur ratione quadrantis, ſiue trigoni.

De generibus verò calamitatum pro ratione ſigni ecliptici, quod Cancer eſt, quò ad homines catharrales ægritudines ſunt timendæ, & aliæ indiſpoſitiones iam dictæ in ſuis generibus, quò ad Capricorni ſignum, de oppoſito genuum, & articulorum dolores paruorum animalium quatidrupedum interitum præcipitia ædificiorum ruinæ frigora intenſiſſima in hieme expectabuntur,

quo

quò ad deſterum, vel ſiniſtrum quadratum pro ſignorum natura, & qualitate erunt calamitates, ac etiam pro conditione domorum. Quò ad perſonas, & loca. Qui tempora natiuitatis, aut reuolutionis habuerint horoſcopum Solem, Lunam, medium Cœli, & partem fortunæ in gradibus 18. Cancri, vel Capricorni, deindè: qui prouinciæ, aut vrbes primo quadrangulo, planetæ, Saturnoque ſubiacuerint ijs ante dicta mala portēdi videntur potiſſimum, & hæc de Aſtrologica prædictione pro ſupra dicta Solari eclipſe iuxta Cœleſtium rerum Autores, ſed intelligantur, quò ad entia naturalia, non quò ad voluntatem, neque neceſſario, remittendo nos ſemper Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

De Lun. Eclip. Anno Domini 1601.

POſt præcedentem Solarem Eclip. quæ fuit in anno Domini 1600. ſucceſſiuè inuenimus, alteram Lunarem anno 1601. in 18. gradu geminorum, quæ apparebit die nono menſis Decembris anni Gregoriani reformati, circa primam noctis horam, etiam dimidia, quæ reſpondit horis ſex, & minutis octo poſt meridiē, ſecundum Aſtrologos, quæ eclipſis apparebit colore omninò nigro, miſto tamen aliquantum

Digitized by Google

palido; cuius effectus apparere incipient die 7. menſis Martij anni ſequ. 1602. & ceſſabũt die 9. Iunij eodem met anno, quæ quidem eclip. effatu digna erit, quia oſcurabitur quaſi tota, nam eius oſcuritas erit horis tribus, & minutis 18. Itaque obtenerabitur digitis vndecim, & minutis 17. eritque hæc eclipſis in ſigno humano, vndè potiſſimè calamitates in hominum genus ſæuient locus enim eclipsis erit inter vndecimam, & duodecimam Cęli domum, cuius enim dominus Mercurius erit, & pro quantitate oſcuritatis luminaris in duratione erunt calamitates menſibus tribus,& paulominus,quò ad dominum loci ecliptici, cum ibidem Carpẽtum habeat idem Mercurius dominatum ſuſcipiet quippè qui, dùm in ſexta Cœli domo ab horoſcopo iaceat in ſigno Capricorni, tùm ratione loci, tùm ratione ſigni, malè affectus eſt, nàm in domo ægritudinem reperitur, quò ad mundi ſitum, quò verò ad ſignũ cùm ſit Saturni domus mala multa portendere poteſt. Nam cum in loco ægritudinis reperiatur podagricos morbos,ac ſciaticos, & alios id genus ad genua quoque, & tibias dolores expectari ſignificatur. Capitis quoque dolores, ſpirandi difficultates paraleſes, & vẽtrales diſpoſitiones vnà cum colicis cruciatibus, ob Martis manſionem in ſigno Virginis in tertia Cœli domo, qui quadrato radio locum eclipticum hoſtiliter ſauciabit.

bit. Vnde ad inſtar Mercurij calamitates expectabuntur, licèt Mercurius cum Marte in mutua ſit receptione: nihilominus, quò ad Mercuriales homines, calamitates erunt potiſſimum, perſecutiones quoque inter fratres erunt, & affines rixæ, & infidæ amicitiæ, & cet. Id genus timetur interdum de annonæ caritate, ac mulierum abortus, & ſterilitates in ſobole propaganda, atq; puerorum exitium ob Veneris congreſſum in quinta Cœli domo, cum Saturno in Scorpione, ac multa ſordida negotia, hæc igitur minabuntur ijs, qui natiuitates habent, & reuolutiones correſpondent in gradu ecliptico, gradus horoſcopi, Solis, Lunæ, medij Cœli, & partis fortunæ, nempè quinque planetæ in gradu 18. Geminorum, aut Sagittarij, deindèq; prouinciæ, ac Vrbes, vel Ciuitates, quæ tertio triangulo ſubiacent. Item planetæ Mercurio, vel de oppoſito ſigno, ad ſignum eclipticum, vel correſpondent etiam ad locum, in quo præeſt dominus loci ecliptici, & hæc de Lunari eclipſe, quò ad naturalia tantùm, nõ quò ad voluntaria, neq; cum neceſſitate.

De Solis Eclip. Anno Domini 1601.

DIe 24. menſis Decembris anni Gregoriani 1601. reperimus ſolarem quoq; eclipſem colore prorſus croceo, in partibus 3. Capri-

pricorni,& min. 24. inter nonam, & octauam Cęlidomum, quæ magnitudine digitorum 9. & 19. min. erit non contendenda, imò plus poteſt quã decem lunares, quæ durabit h. 3. & min. 19. ad ſummum; a qua effectus incipient die 6. Octobris 1062. Quorum finis erit die 30. Decembris 1604. Cuius dominus eſt Saturnus in 6. Cœli domo ab horoſcopo conſtitutus in ſigno Scorpionis cum Venere, quare quò ad humanas calamitates Saturninas decernit ægritudines, & mortes potius mulieribus, quàm viris ſenibus, potius quã iuuenibus malignam ſiquidem ob Saturni naturam, & venenoſas ægritudines ob Scorpionis qua qualitatẽ: quo verò ad ſignum eclipticum, cùm ſit Saturni domus, & Martis exaltatio, qui etiam ingreditur ad participationẽ dominij: hinc Martialibus quoque viris erit nocumentum: eruntq; quoq; dominis in fortuna ſerui, & animalia parua plurima glacie, & aquis interibunt, pueris diſſentire variolarum, & morbillorum erunt apparitiones, alterationes quoque in Aere, & prodigia ſimillima antedictis, ac etiam terræmotus præcipitia, ac ædificiorum ruinæ ſiccitates, ſterilitates, ſiuè annonæ caritates; ſæuiſſima frigora, ac ſqual lores in hyeme, itinera non tuta, lites quoque ex cauſa hæreditatum defunctorum, & aliarum calamitatum genera, & fortè Cometa aliquis apparebit, & calamitates, vt ſupra extendentur pro

ra-

ratione obſcurationis luminaris ad annos, vt ſupra cum aliquibus interuallis ſynodorum luminarium, vel inerrantium maleficorum, vel beneficorũ tranſitus. Quò ergò ad loca, ad quæ eclipſis damnum inferre poteſt, hominibus potius quibus in natiuitate, vel reuolutione, locus eclipſis Capricorni, Cancri, gradus tertius ad horoſcopum erit Solem, Lunam, medium Cœli portam fortnnæ reliquoſq; planetas ceciderit abſque interſtitio quinque graduum eos antedicta mala opprimentent. Poſteaq; regiones prouinciæ, ac ciuitates, quæ primo quatrangulo planetæq; Saturno ſubiacuerint ijs antedicta mala portendi vidētur, quibus damna portenduntur, quò ad entia naturalia, non vt voluntaria, neque cum neceſſitate, remittendo me ſemper Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Sed coniunctionē Saturni, & Martis, in Scorpione nè prætermittamus, quin pauca breuiter dicamus: quæ erit die 19. menſis Septembris eodem anno Domini 1602. anni reformati, vt ſuperius diximus, quò ad conſtellationem duorum ſuperiorum malignantium in ſigno Scorpionis peſſimæ naturæ, vbi Mars habet domum, & trigonum. Quò verò ad ſignificationes, timendum erit tempore Autumni de venenoſis morbis, & peſtiferæ naturę cor potius, quàm cętera membra infeſtantibus. Eruntq; inſidię proditiones veneno-

nenorum occultę per mulieres propinationes. Et in morbis, remedia, ſiuè purgationes potiùs damnum, quàm ſalutem afferent. Vndè niſi coactè, & rarenter ipſas ſumere conſuleremus ob ſigni perfidiã,& venenoſam nãm,humanę naturæ aduerſantem, & calamitates, quę minabuntur, erunt in locis aquoſis, & maritimis, vel paluſtribus, hæc & alia prædici poſſunt vniuerſaliter,ſed quia coniunctiones egent vigoratione ab eclipſibus ſatis vſque diximus: ratione quadrantis mundi etiam circa nationes Barbaras, Turcichas videlicet quibus Scorpionis ſignum ceſſit in ſortẽ damnum fore ſperamus, cum Dei auxilio.

De Anno 1602.

ANno verò Domini introeũte 1602. die 4. menſis Iunij Anni reformati erit Lunaris eclipſis valdè magna in grad. 13.& m.44.ſagittarij propè caput Dragonis ad hor.7. & m. 5. poſt Merid. Cuius effectus apparere incipient ſtatim ab hora, in qua eclipſis finem habebit, ex quo erit in Oriente, & primo triente. Ideſt die 4. Iunij Anno Domini 1602. Cuius effectuum finis erit die 25. Septembris proximi ſequentis 1602. Apparebit autem colore nigerrimo miſto tamen aliquantulum cineritio eritque digi 19.& plus.

Circa

Circa verò prædictam eclip. ſic iudicamus. Cùm enim valdè magna futura erit, & ad eius effectus producendos ita celeriter procedat, vt ſtatim nulla ferè mora poſt poſita, cum fiet iuxtà Angulum Orientis, quia rigore multo, & celeritate procedet, & prę magnitudine obſcurationis, ſiuè mora in tenebris, multò magis funeſtos, ac acerbos caſus ſignificabit, imò vt aliqui auctores aiũt cùm in ſigno igneo fiet, & in prima Cœli domo annonæ caritatem, & acutiſſimas ægritudines ob nimiam ſiccitatem ſignificat. Eclipſis ergò huiuſmodi erit, quia in Oriente, & in Sagitario. Cuius dominus Iuppiter erit, vndè grauis, & moleſtus erit æſtus cum aquarum penuria; exalationeſq; calidas, ac Cometam, & in Aere ventos cum minutulis pluijs ob Veneris terminos fulmina, ac corruſcationes portendit. Cùm Iuppiter loci ecliptici dominium ſuſcipiet, qui in corde Cœli reperietur in ſigno Libræ Veneris domo, ac Saturni Carpento, atque etiam Solis detrimento, & Mercurij termino male conciliatur, ob oppoſitũ Saturnis à 12. Cœli domo de ſex angulo locum eclipticum reſpiciens, ac lenire cupiens acerbos, & funeſtos caſus nullum poteſt afferre præſidiũ eoque magis Martis quadratum deſterum in ſigno Virginis à loco inter nonam, & decimam Cęli domum locum eclipticum partiliter percutit, vbi ſignum eſt ſemi humanum, & ferinum

T quare

quare ad homines, & bruta erunt calamitates, vndè mala erunt miſta, vt fel cum melle, & tantò magis, quia Mars calidos excitabit effectus. Vndè ingendia, rapinas res bellicas, & bellum in Oriente, & alibi, & victus caritatem, ac ſterilitatẽ ſignificare poteſt. Et Venus in Angulo Occidentis ſub radijs. combuſta in ſigno geminorũ percuſſa ab opoſito radio ecliptico. calamitates ad mulieres portendit, vtero gerentes, ac infauſta connubia ſignificat, eoque magis cùm à quadrato radio Mercurius ipſam reſpiciat, male affectus in ſigno Tauri cum capite Meduſæ in oppoſito Saturni in ſigno Scorpionis Martis domo, ab vndecima domo, quare ſimulationes proditiones à vilibus perſonis fęderum diſſolutiones, amicitias non tutas carcerationes, venenationes occultas Apodixarum falſitatem, ac paruorum, & magnorum animalium gregalium perniciem fore portenditur: hæc ergò, & alia prædici poſſe putamus, quæ præ breuitate omittimus, eruntq; interdum fulmina, repentini venti, qui etiam arbores extirpabunt. Quò ad hominũ genus erunt ærumnæ Mercurialibus, & Martialibus, vel Saturnis viris in locis potius ad Orientem.

Sed circa loca vbi prædicta mala ſæuient: multo magis erunt Prouinciæ, vel Regna ratione quatrãtis Mundi, & ad Prouintias, & Vrbes, quibus ſigna horoſcopabunt partes quatuordecim

Sa-

Sagittarij,vel Geminorum,quæ ad hominum geneſes, vel reuolutiones referuntur ad locum horoſcopi: Solis,Lunæ, medij Cęli, & partis fortunæ, ac reliquorum planetarum exaptæ,vel abſq; interſtitio quinq; graduum antedictis malis potiſſimum præmentur: ſed eadem,vt diximus cõtagionis labes ſe potiſſimum extendit ad eas Regiones, & Ciuitates, quæ tertio quatrangulo. Itẽ ſigno Libræ, & Arietis, verùm ex numero illarum primas partes in præferendis aduerſis caſibus tenent, quæ Sagittario parent, ſecundas quæ geminis,tertias quę librę,vltimaſq; Arieti.& hæc de prædictionibus Aſtrologicis pro hac eclipſe prout naturalia entia. Salua tamen,& libera voluntate humana, nec neceſſaria etiam pronunciare audemus, ſemper me remittendo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

De altera Lunaris Eclipſe.

ANno quoque Domini 1603.die 24. Maij iuxtà annum reformatũ Gregorianum erit Lunaris eclipſis in partibus tribus circiter etiam Sagittarij horis 12.& m.13.poſt Meridiem digitis octo, & plus, apparebit colore nigro miſto pallido, locus tandem Eclipticus erit in domo Regali cũ ſocietate Saturni cum parti-

Digitized by Google

cipatione nonæ domus, cuius effectus incipient die 27. Decembris anno eodem, qui ceſſabunt die 20. Martij 1604. licèt non erit valdè magna, ſed non aſpernenda in effectibus producendis, tùm ratione præſentiæ Saturni in loco ecliptico, tùm etiam ratione loci, vbi erit, tùm etiam, quia effectus commiſcentur cum magnæ coniunctionis effect. etiam in Sagittario, cum alijs mediocribus, & minimis: adinuicem fortè calamitates vigorabuntur: Quò ad locum eclipticum Iuppiter imperabit infortunatus apud nonam Cœli domum, aſſiſtens in Scorpione Martis domo cũ capite Dragonis in oppoſito Mercurij, & Martis in ſigno Tauri. Vndè ex dictis multa eſſent prognoſticanda de mente Ptolemæi. verum quia itinera non erunt tuta violentia, & inſidijs graſſatorum, aut deprædantium, & cet. Et venus in ſecunda Cęli domo in Ariete bonorum mobiliũ ſubreptiones, vt ſericarum, ac pictarum veſtium cum auri, & argenti copia ſignificabit, ab piratarum, & deprædantium inſolentia. Accedent fortè cecitates, ac anginoſæ diſpoſitiones ab ingluuiè, & alijs ſuperfluitatibus: inter fratres rixæ ob patrimonij cauſam oborientur. Et quò ad naturam Saturni in Cęli medio iuxtà locum eclipticum, cui propriam naturam impartire conabitur, ac ad nocendum vim excitat, vnde tonitrua ingendia, præcipitia, ac ſordidas erumnas

mi-

Digitized by Google

minatur, & vt Auctor centum ſententiarũ. Qui natus Saturnum habet in medio Cęli, & luminare conditionarium erit ſub terra obruetur ruinis in ſigno Terreo, ſi in ſigno Aqueo, aquis ſuffocabitur: Qua ratione cum ſagitarij in ſigno reperiatur Saturnus hominum vſtiones per domorum ingendia, vel caſtra, aut fulmine ad multorum hominum næcem fore ſignificatur. Erunt quoq; difficultates in negotijs, ac dignitatibus conſequendis, ſed in obtemptis, ſiuè conſecutis ob auaritiam, & maleuolentium liuorem, cum aliqua nota priuabuntur: fortaſſis: cum locis, vt ſupra opificij ſit: Quibus deniq; hominibus in eorum natiuitatibus, vel reuolutionibus tertius gradus Sagittarij, vel geminorum ad locum horoſcopi Solis, Lunæ, medij Cœli, vel partis fortunæ reliquorum planetarum exaptæ, vel non procul ceciderit ij prædictis malis præmẽtur potiſſimum, quæ tertio triãgulo ad eas Regiones ſe extendit, & Ciuitates, Item Libræ, & Tauro, atque planetæ aliæ, &c. Verùm cum numero illarum parent in ræferendis caſibus, & cet. Et hæc de ſuperiori prædicta eclipſe.

De

De magna coniunctione Iouis, & Saturni in Sagitario, cum alijs coniunctionibus, tùm minimis, ac prius iterum de generali diuiſione, & numero, vt ſuperius.

VT colligere potuimus ab antiquis Cęleſtium rerum ſcriptoribus. prima, & maior coniunctio omnibus ceteris eſt Iouis, & Saturni in primo puncto Arietis, quæ fit in annis 960. ſemel tantum: ſecunda coniunctio eſt mutatio coniunctionis Iouis, & Saturni ab vna triplicitate ad aliam, quæ fit in annis 240. Eoquòd quando illa coniunctio ſuperiorum venit ad aliquam triplicitatem diſcedendo ad aliã, antequã mutet triplicitatem, ſiue de illa exeat duodecies coniunguntur: exempli gratia Iouis, & Saturni coniunctio ſi erit in ſigno aereo, vt pote in ſigno Geminorum durabit annis 20. hinc ad ſignum Aquarij, vbi morabitur alijs annis 20. ac demũ ad ſignum Libræ totidem annis erit; deinde iterũ ad ſignum Geminorum, Aquarij, & libræ, & ſic reiterando duodecies coniunctiones in prædicto trigono, erunt completi anni 240. Quia multiplicato numero 20. per 12. hunc exactum numerum 240. habebimus, poſtea inde prædictorum ſupe-

ſuperiorum, coniunctio, alium trigonum adibit, ſiuè triplicitatem aqueam, videlicet, in qua verſabitur ſuperiori modo annis 240. & idem ſubintelligatur de alijs triplicitatibus: donec reuertatur ad triplicitatem igneam, nempè ad principiũ Arietis, & tunc erit prima, & maior coniunctio, Imò maxima quæ erit ad annos 960. poſt completas ſuperiorum omnes coniunctiones, in quatuor omnes triplicitates, Igneam, Terream, Aeream, & Aqueam ſubidit: donec iterum ad principium Arietis Igneam triplicitatem reuertetur: Anni ergo ernnt 960. Quoniam 240. quater numerus diductus numerum exactum 860. habebis: & hæc maxima dicetur coniunctio, propter raritatem temporis in quo fit. tertia coniunctio eſt Saturni, & Martis in Cancro, quæ fit in quibuslibet annis triginta. quarta eſt coniunctio Iouis, & Saturni, quæ ſingulis 20. annis fit. quinta coniũctio eſt introitus Solis in primo punto Arietis vernalis æquinotij, à qua fit anni reuolutio, ſiue principium. Sexta coniunctio Solis, & Lunæ ſiugulo, quo menſe ſemel aliæ verò minime planetarum coniunctiones, niſi quando omnes, vel plures erunt in eodem menſe pauci extimantur momenti.

Sed ad iſtitutum reuertendo propter ſuperiores aductas rationes habebimus, eodemmet anno 1603.

Ad

Ad rem reuertendo die 24. menſis Decembris ho. m. o. poſt merid. in ſigno Sagitarij poſt finem effectuum magnæ coniunctionis Iouis, & Saturni in ſigno Piſcium in fine aqueæ triplicitatis, quæ initium ſumpſit ab anno Domin, 1583. ergò 20. anni finem obtinebit anno iam dicto de menſe Decembris 1603. Indeq; iure optimo finitis alijs triplicitatibus, ac poſtremo triplicitate aquea ad igneum trigonum ſe collaturam, vt Cœleſtiū rerum ſcriptores, iudicamus: coniunctionem fieri Iouis à Saturno in Sagittario, attamen de ipſius effectibus quid ſit prædicendum, longum eſſet percurrere. Magnæ enim coniunctiones, & mutationes ad nouum trigonum alterius triplicitatis portendere poſſunt in Mundo magnas mutationes per elementa, quicquid velint authores dicant, cum experientia, & doctrina nobis ſufficiant; (non ommiſſa ratione) Sunt ſi quidem non nulli, qui Ptolomæi diſciplinam profiteri fatentur, & dicunt nullatenus de magnis coniunctionibus ratio ſit adhibenda, quia certos cuſpides nō habent: ideò ipſas paruifacere liceat, eòq; magis, quòd Ptolomæus ſpreuit, de ijs ſatis in ſuperiori tractatu; ſed cum eclipſibus conueniant pollentiores erunt, effectus calamitoſi, & maiori efficatia, cum occaſione annuatim, per figuram ſexdēcangulam: per occaſiones eclipſiū ſi conueniant in conueniendis, & vt verbo tenus dicam luminarium

narium aſpectus, quoties erunt in ſigno, vbi magna coniunctio fuit præcedens vigorabuntur effectus menſatim; cum Luna domina ſit humorũ, & Sol ſpirituum: quare etiam poteſt in morbis ſparſis fieri maior commotio in Luminarium aſpectibus, dùm fient in eodem ſigno, in quo præcedens magna cõiunctio fuit. Et ſic vniuerſaliter poteſt calamitates producere pro natura ſigni, & pro qualitate domini in loco magnæ coniunctionis, quare effectus erunt iudicandi pro antedictis cauſis, quare ſi in ſigno piſcium alluuiones, & c. Si in Sagittario æſtus, grauiſſimas ſiccitates, bella, ſterilitates, & c. quare eclipſes etiam in eodẽmet ſigno pollentiores ſortietur effectus pro natura ſigni, de quibus vberius pronunciare non audemus, niſi quòd cùm facta fuerit mutatio ſuperiorum ad diuerſum trigonum erunt effectus ſimiles naturæ trigoni, ſiuè ſigni eò vel maximè, quia duo Lunares præceſſere eclipſes in eodem ſigno igneæ triangularitatis, quare non poteſt fieri prædictio aliqua futura, niſi ad inſtar ſigni naturæ. qua de re intentiſſimos ſucceſſures eſſe eſtus, ſiuè caliditates, ſiccitates, ſeù ariditates, aquarum penurias, ac proindè ſterilitates, bella, & ardentiſſimas febres portendit, & cætera id genus, timendum etiam eſt de magno Comete; & ſic cum deliquia etiam fuerunt in ſigno igneo concordabũt propter ſigni naturã, in quo erunt Lunares eclipſes,

V pſes,

pſes,& ſuperiorum cõiunctiones. Ac etiam cum Saturni; & Iouis coniunctio in ſigno Sagittarij erit: facta mutatione de ſigno Piſcium Aqueo trigono. Cuius dominus eſt Iuppiter, pater ſerenitatis. Vnde pluuiarum, atq; aquarum tãtarum ſcaturigines ſuperfluæ damnoſæ per totam Campaniam ceſſare fortè incipient, vt potè apud Acerras, Nolam,& aliàs conuicinas Regiones,& tandem non opus erit canales effodere, vel curriculos, ſiuè àquæductos pro aquis ſcaturientibus deriuandis, vt per eos habeant effluxum ad lagnos maiores, cùm ad flumina facilè, vel mare effluxũ non habeant, & ſic abſq; ſumptibus ab inundationibus Agri liberabuntur, ac ad culturã erunt idonei, ſubindè tàm agricolis, quàm agrorum dominis, frugum maximus erit prouentus. Nàm loca campaniæ, quæ per tot annos cęnoſa, ac aquis obruta inutilia, ac peſtilentialia erant. Deinceps agriculturæ accomodabuntur, & Cœlum erit apprimè temperatum, ac ſaluberrimum propter temporum mutationes, vt diximus ratione ſupradictarum conſtellationum,& ſic ſperamus, quòd antiqua reuertentur ſecula, quibus cum multa vbertate, ac ſecunda valetudine omnes campani fruerentur. Erant enim olim vt dicunt hiſtoriæ agri campani maximum emolumentum Romanis, imò ſummum vectigal. Qua propter dicebat Cicero in oratione illa de lege agraria contra

Rul-

Rullum tria vectigalium genera eſſe. Vndè non obliti eſtis Italico bello amiſſis cæteris vectigalibus, quantis agri cāpani fructibus exercitus alueritis? An ignoratis cætera illa Magnifica Populi Romani vectigalia pro læui ſæpè momento fortunæ melioratione temporis pendere? Quid nos Aſiæ Portus? Quid Syriæ Rura? Quid omnia transmarina vectigalia iuuabunt? tenuiſſima ſuſpectione prædonum, aut iniecta hoſtium? At verò hoc agri campani vectigal eſt huiuſmodi, vt cū domi ſit, & omnibus præſidijs oppidorum regatur, cùm neq; bellos infeſtum, nec fructibus varium, nec cœlo, aut loco calamitoſum eſſe ſolet. Maiores noſtri non ſolùm id, quod campanis cæperant, non imminuerint, verùm etiam, &c. Ex quibus infertur campanos olim agros fuiſſe fertiliſſimos peramplos, & Romanis per vtiles ob telluris vbertatem, quia infeſtiſſimis hodiernis carebant aquis, nec Cœlum calamitoſum erat habitantibus. Quamobrem poſtquàm Cicero approbat campanos agros ex vbertate, fęcunditate, ſecuritate locorum, ac etiam Cęli benignitate. Cur hodiè de agrorum alluuione à moleſtiſſimis ſcaturientibus aquis, ac de Cœli inſalubritate certatur? Vndè ex medicorum conſilijs, tot capita, tot ſententiæ in aquis deriuandis, atque ad diuerſas partes deducendis, cum tot ærumnas induxere, & inducunt, quæ naſcuntur præcipuè

iuxtà radicem Montis Cicalæ, & apud Acerras loca antiquiſſima, quæ Cartaginenſis ille Annibal antequàm ad Capuam acceſſiſſet hoſtiliter inuaſit.

Sed redeamus ad rem, ſi tẽpore Ciceronis cãpania tota erat ita fęliciſſima, & fertiliſſima; cur hodie tot ærũnis, tot calamitatibus & afflictionibus præmatur? ommiſſa cauſa Dei Opt. Maximi propter peccata. Cauſas enim dicamus poſterius. Sed per Nolanum Ambroſium Philoſophũ inuenimus in ſuo quodam Epitaphio, quod reperitur in Platea Nolæ iuxtà ſedile, vbi habet hæc verba. Cùm Verna diluuia in campis tuis Nolane videbis, mora, mors, fuga vita erit, Si 1504. à radicibus Cicalæ Montis, vſque ad paludem à Porta vicinãtia ad quadraginta paſſus verſus Veſeuum. Hinc tenſa illinc lata piſcoſa ſtagna, nolanos ferè omnes febres malæ æſtate vna necant, idem octigeſimo anno eueniſſe nouimus.

Ex quo Epitaphio colligitur, quòd Nolanus Ambroſius incolas fugiẽdos fore hortatur, dùm Hyemalibus pluuijs, imbribuſq; præcedentibus ſcaturientes aque ſub Cicalę Montis radicibus exuberabũt, quę demum ad Veſeuum Montem extenduntur, quare niſi celeriter fugam arripiãt, mortem citam guſtabunt, cùm exitiales ęſtate morbi vigebunt, quę ab antiquis per traditionem ſe nouiſſe octuaginta antè annos fatetur, quę oĩa

per

per certa ſigna ijs futuras calamitates inſinuat, ac deinde ſi 1504. à radicibus cicalæ montis vſq; ad paludem, & cęt. tanquam verum, & indubitatũ ſignum Epidemialium ægritudinum futurarum in Nolanorum perniciem, niſi citò diſcedant. Vnde ex Epitaphio tria notantur, Patriæ charitas, ex præteritis obſeruationibus diligentia, ac futurorum vaticinium, nempè vbi dicit ſi 1504. à radicibus & c. Sed cur cauſas determinati temporis non reddidit? ſed ſigna tantùm inſinuauit? Fortè Aſtrologiam ignorauit. Hoc tamẽ palàm fecit per aliqua tempora campanum Cęlum aliquando calamitoſum fuiſſe, ac peſtilentibus conſtitutionibus ſubiectum, quod quidem tempore Ciceronis triumphante Roma, minimè obſeruatum fuiſſe legebatur. Sed pro quanto inuenire potùimus, cur ad annum 1504. Aquarum ſcaturigines Nolanus expectabat futuras; fuit quia eodemmet anno magna cõiunctio Saturni, & Iouis in Cancro expectabatur, cum alijs præcedentibus luminarium deliquijs in eodẽ aqueo ſigno Solſtitiale, Aeſtiuo, & ideò Aeſtiuam mutationem prædixerat. Ex quibus calamitates humanę oriri ſolent, vt præcedenti tractatu de cauſis calamitatum egimus, nàm dum magnæ, vel maximæ in Mundo coniunctiones fiunt, ac tres ſuperiores per diuerſa trigona ſignum in Zodiaco ſpatiantur mirabiles mutationes in mundo fiũt iuxta

tà vniuerſi ordinem à Deo benedicto creatum in operibus ſex dierum. Cœleſtium enim rerum auctores quatuor trigonis ſigna in Zodiaco conſtare aſſerebant. Nempè igneo terreo, aereo, & aqueo, & ſic dùm magnæ coninnctiones aquea ſigna poſſidebunt ſimillimos effectus producere neceſſe erit. Et eodemmet modo de alijs ſubauditur, & propterea variæ alterationes, & mutationes in elementis per varia ſæcula fuere. Quare non eſt mirandum ſi tempore Romanorum cam paniæ loca feliciter, ac ſalubriter, degebant, cùm loca à quibus ſcaturiunt, cauernoſa ſint, & facilè aquarum copias à pluuijs ingurgitant, atque eructant. Dùm enim per ſecula Romanorũ coniunctiones ſuperiorũ in Idiotropijs ſiccis fiebant, ſiccæ emergebant conſtitutiones, hinc ſalubrius, ac comodius in campania viuebatur. Scimus enim ab Hippocrate ſicciores conſtitutiones ſalubriores eſſe humidioribus. Quamobrem dum coniunctiones ſuprsdictæ ad aquea trigona, & ſigna ſucceſſerunt, multiplicato elemento. Atque indè pluuiæ, & aquarũ ſcaturigines ſucceſſerunt. Sicut Ambroſius ipſe obſeruauit, & nos quoque obſeruauimus vſque ad hodiè, ac Deo fauente vſque ad annum 1603. ad quem tot inundationes, ac aquarum alluuiones deſinent, facta proinde mutatione ad contrarium trigonum. De ſigno Aqueo ad igneum nempè de Piſcibus ad Sagittarium,

Digitized by Google

-rium, vnà cum præcedentibus eclipſibus, & alijs cnniunctionibus. At hæc, quæ diximus, an vt vera prognoſtica aſſeueremus? Dicimus enim, ꝙ in tantum vera erunt, in quantum Aſtrologica ſcientia veros effectus ſortitur. Diſputare, an iuditia Aſtrologica vera ſint, ſatis ſuperq; à conſumatiſſimis viris ſuit diſputatum, de his ergò hactenus. Sed ſi fortè ad commodum Nolanorum, vel aliorum campaniam incolentium prognoſtica ſuccedent, quãtum Nolano conciui Ambroſio ab ipſis debetur, cuius monumenta perẽnia eſſe curant in lapide apud Nolanam plateam, ſicut Iouis ſtatua in Capitolio apud Romanos colebatur, eo quòd Nolanos ad fugam hortatur, & multò magis Nobis quoque, qui rem in tuto reſtitui, ac à calamitatibus liberos infrà certum tempus fore prognoſticamur.

Anno Domini 1604. nulla erit luminis luminarium iactura, niſi effectus ſuperioris annis proximi præteriti.

De Lunari Eclip. in ſigno libræ anno 1605.

ANno Domini 1605. die 13. Aprilis Anni Gregoriani, reformati in gradu 13. & m. 34. ſigni libræ, erit lunaris eclipſis ad horas octo, & min. viginti duo poſt mer. cuius obſcu-

ratio. parua non erit, imò tota, ſed apparebit colore nigro miſto uiridi, ac rubro, ſed locus eclip. erit inter vndecimam, & duodecimam Cęli domum ab aſcendente Dragonis cap. cuius effectus initiabuntur Die 18. Iulij anni eiuſdem, qui poſtea die 26. ſequentis Octobris terminabuntur: quò verò ad aſtrologicas præditiones ecliptico loco Venus Imperabit, cuius dominio Saturnus ſuccedet, atque Veneris ſignum diſponet: cùm locus eclipticus ſit ferè vndecimus cum participatione duodecimi ab horoſcopo: amicorum infidelitates, ac conſiderationes nõ tutæ. Quinimò fędera diſiungi ſignificatur. ærumnas quoq; carceres, vel captiuitates nobilium, animalium interitum, ſiuè iumentorum, & c. natrimonij profuſiones: ſuppellctilium combuſtiones peringendia, à vilibus perſonis, nocturnæque ſubreptiones, fraternæ lites, ac ad inuicem altercationes. Itinera non tuta: literarum interceptiones, & c. ſignificabuntur. Calidos tandem morbos, ad caput ominanties obſeruari ſignificat ob Martem in ſexta Cœli domo collocatum, rumores ac bellum Occidentem verſus quoque fore ſignificat, exulum, ſiuè latronum multiplicatio erit. Quæ verò magis ad affenſiones parantur ſunt Prouintiæ, & Vrbes, quæ primo quadrangulo ſubiacent: Item ſigno piſcium, ac Sagittarij, & potiſſimùm antedictis aduerſitatibus obnoxiæ

erunt

erunt eodem diuerſitatis incommodo: ij homines laborabunt, qui in ſuis natiuitatibus, vel reuolutionibus locum horoſcopi Solis, Lunæ, medij Cœli, & partis fortunæ, ac reliquarum planetarum in gradibus 14. Libræ, vel Arietis habuerint, &c. Quæ omnia ſuccedentis Solaris Eclipſis euentis exagerabuntur ob conuenientiam in ſigno Libræ, & hæc de prædictione ſupradictæ Lunaris eclipſis dicta ſufficiant, quæ intelligantur, vt entia naturalia tantùm, non voluntaria, nec neceſſaria, quia poſſunt aliter ſuccedere, remittendo me in omnibus S. Roman. Eccleſiæ.

De Lun. Eclip. in ſigno Arietis.

ANno Domini eodem prædicto 1605. Die 26. Septembris in partibus tribus circiter Arietis, hæc altera ſuccedet eclipſis hora 16. & min. 37. in cauda Drad. poſt merid. Apparebit autem colore nigro miſto pallido: cuius effectus incipient. Die 26. Auguſti anni reformati ſequentis 1606. & ceſſabunt die 23. Nouembris immediatè ſequentis, licèt lumen à Luna totum non auferatur, nihilominus magna ex parte, quare non erit aſpernenda pluribus de cauſis, & tantò magis quia Aries Aequinoctiale eſt ſignum efficaciſſimum in Mundo, à quo mutationes plures ſumpſerunt

exordiũ,& eclipſis cùm ſit in Occidēte,quę grauiores, & efficaciores producit effectus. Vndè funeſtos, & grauiores caſus ſignificare ſolet vniuerſaliter, & particulariter, vel priuatim, quare Bella, Cædes, atque laquei mortes proprijs manibus ſignificare ſolet ob deſperationem cum ad optata non veniunt, & cætera alia infauſta; dominium ergo loci Ecliptici Marti aſcribitur, & ratione terminorum Iuppiter in ſocietate recipitur in quinta Cœli domo infortunatus, ac in ſuo detrimento in Capricorno Saturni domo: vnde ſimulatę erunt actiones,& multa mala ſub ratione boni patrabuntur, multorum puerorum erit interitus ob infirmitates variolarum, & morbillorum: & Iupp. in duodecima male affectus in domo Mercurij ſigno humano ſæuas, acutas, & ardentes ægritudines ſanguinis rei ectationes, & Eriſipelata ad caput, anginas, & calidas deſtillationes, & cecitates, vel ſurditates portendit, ac de Cometæ apparitione ſuſpicatur, & aquarum penuria graui æſtu, ac annonæ caritate (quod abſit)

Ac etiam bellum quoq; minatur, diſcordias, lites ob mortuorum ſucceſſiones fraudes quouiſmodo, ingendia domorum, nocturna, hoſtiles, aggreſſus & c. id genus, temporis mutationes omnimodæ futuræ erunt ad ſiccius vergentes potius quàm ad humidum: eruntq; tonitrua, corru-

ſcatio-

ſcationes, ac multæ arridæ in aere exalationes fortè obſeruabuntur. Vndè etiam de annonæ caritate etiam num ambigitur. Quo verò ad hominum calamitates febres, vt diximus acutæ erunt, podacricæ, ac melancholicæ diſpoſitiones, nocua ergò hæc eclipſis erit Martialibus, ac calidæ naturæ hominibus. nocua inſuper erit quibus hominibus in eorum natiuitate, vel reuolutione locus eclipſis ad horoſcopũ, Solem, Lunam, Cœli medium. Partem fortunæ, reliquoſq; planetas ceciderit abſq; interſtitio quinque graduum. Eos potiſſimum, ante dicta mala oppriment: poſteaq; Regiones, ac Ciuitates primo quadrangulo ſubiacent; Item Virgini, & Capricorno ſimilibus aduerſitatibus implicabuntur atque Occidentalibus in partibus erit detrimentum magis, & hæc de prædicta eclipſi prædici poſſunt, ſed non neceſſario niſi cum Dei voluntate.

De Solari horrendiſſima Eclipſe.

ANno Domini 1605. Die duodecimo menſis Octobris Anni Gregoriani reformati Solaris apparebit Eclipſis in partibus decem, & nouem, & min. decẽ libræ horis duabus, & min. viginti octo poſt meridiem cuius locus erit inter nonam, & octauam Cœli domum,

apparebit autem colore valdè deformi, glauco videlicet, & ruſſo. Quare effectus eluceſcere incipient Die 26. Iunij 1606. Quorum finis erit Die 28. Iulij anno 1608. Erunt ergò multæ interea, & omnigenæ calamitates ob ipſius raram, & admirabilem magnitudinem, vix ſimilem obſeruatam. Anno Domini præterito 1493. in quo anno duo tantùm viſæ fuere eclipſes Lunaris, & Solaris vtraque in ſigno Libræ. Et demum anno ſequenti ait Sueſſanus in libello de contemporaneis ſuis calamitatibus per decemnium: quo tempore ſuo ſucceſſit horrendiſſima peſtis, ſæuiſſimum bellum, & cætera alia calamitoſa, quæ Italiam, & præſertim Regionem campaniæ afflixerunt, taliter quòd ab ira Dei videbantur, vt latius in Superiori tractatu adduximus; ſed illam eclipſem. Quam futuram expectabimus Anno Domini 1605. ſæuiorem, ac pollentiorem fore in effectibus producendis iudicamus; cùm non ſolùm erit cũ altera lunari in eodem ſigno Libræ, ſicut illa, in anno 1493. ſed addetur, & alia lunaris: in ſigno Arietis, quod peius Libræ oppoſito: Quò ad magnitudinem totius ferè erit à Sole luminis ſubreptio, vix in memoria conſeruata, aut numquam, quinimò tempore obſcurationis fortè ſtellæ plurimæ in Cœlo videbuntur, Qua de re funeſtos, ac lacrimabiles tragicos caſus fore minabitur. Vndè Cęleſtium rerum auctores aiunt.

Quanto

Digitized by Google

Quantò magis in luminarium deliquijs mora erit in tenebris,& ſecundum latitudinem offuſcâtur, res tantò magis atrociores, ac funebriores expectabuntur, quæcumq; ſint Deus auertat pro ſua miſericordia.

Sed circa prognoſtica loci ecliptici, Domini ipſius,& naturam,ac loci conditionem, vbi Dominus Eclipſis commoratur, multa erunt prædicenda non neceſſario reſpectu humanæ voluntatis, ſed cum inclinatione potius, attamen circa res naturaliter ſe agentes potius ſe intromittent, & fortè gratia Dei aliter ſucceſſurum ſperamus, licèt multa portendantur infauſta, vt diximus, peiora quam ſcribimus.

Cùm ergò locus eclipticus inter nonam, & octauam Cęli domo erit in ſigno libræ:quod quidem ſignum eſt Aequinoctiale Autumnale Solis detrimentum Saturni carpentũ Veneris domus, cuius Imperium Venus ſuſcipiet, & Iuppiter ratione termini diſponit. Vndè cùm Venus in domo Martis in Scorpione reperiatur. Multa proptereà poſſent prædici, quæ breuitati, ac ſapientibus relinquuntur: hæc tamen dicere non pigebit, quod cum in domo Martis reperiatur, cum Mercurio iuncta in nona Cœli ſede humidas cõſtitutiones magna ex parte ob ſigni naturam, & Veneris temperiem, cum pluuiarum Matrē appellitant, cum ob Scorpionem ipſius trigonum,

&

& Martis carpentum Bella, & multa machinamenta obſeruari ſignificatur, pluuias, & ventos terribiles alluuiones, & naufragia.

Quò verò ad humanas calamitates de acutiſſimis ægritudinibus, quinimò maligniſſimis, eſt verendum ob Martis naturam, & Scorpionis, & Iuppiter etiam, ac Saturnus cùm ſint in mutua receptione inter vndecimam Cœli manſionem, in Sagittario Saturnus, & Iuppiter infelix iuxtà angulum Orientis in Capricorno, à quo cadit. Amicorum infidelitates, fœderum diſſoluptiones, ac proditiones pollicentur, ſub bona fide, ac ſimulata probitate multa mala patranda facinora ſignificatur hoſtiles ad Ortus, atque maleuolentias, & iumentorum, ſiuè bouum iacturam, & graues infirmitates ciuilibus perſonis fore portendit, & Mars in ſeptima in ſigno Virginis, ſigno humano in homines calamitates, ſed potius mulieres ventrales ægritudines, vt diſſenteriæ colicæ, & nephriticæ diſpoſitiones ſignificantur, bellum, ac lites inter viros, & vxores. Quo verò ad ſignum eclipticum cum ſit aereæ naturæ, & humanũ æquinoctiale alterationes in aere tonitrua corruſcationes repentinæ pluuiæ cum atris nebulis cometa trabes Dolia, & id genus ſignificabuntur in Aere: ægritudines in Autumno malignæ tubercula ad inguina hemorroides podagrici dolores, & cætera id genus expectabuntur, ob

inſe-

infelicem quoque Iouem ſanguiuis fluores, & eriſipelata ſuſpectantur. Quo verò ad oppoſitũ radium ad Arietem multę notabuntur calamitates capitales ob ſigni naturam, quod capiti predominatur, eruntq; ingendia mortes ferro, aut igne in hyeme congelationes, vel fortè animalium ex putri materia generationes, vt Murium, & cæterũ id genus, quò verò ad loca hijs Regionibus, ac vrbibus eruntq; tertio quadrangulo ſub iacuerint, & ſigno Scorpij, & Sagittarij, iiſq; genituris, aut hominum reuolutionibus, quibus horoſcopus, Sol, Luna: Cœli medium: pars fortunæ relique quæ planetæ gradibus decem, & nouem libræ circiter vel Arietis fuerint mala ſupradicta denuntiabuntur: finis.

Cùm tandem de futurarum calamitatũ Aſtrologicis præditionibus ægimus pro quanto Aſtra, ſiue luminarium deliquia, vel ſuperiorum coniunctiones minitantur, vt vera omnia fore neutiquam aſſertiuè pronuntiare, audemus, poſſent tamen aliter, vel aliter ſe habere; cùm omnia ſint in poſſe Dei Benedicti, & ſic me remitto Sanctæ Romauæ Eccleſiæ circa omnia, quæ Mater eſt veritatis.

F I N I S.

Digitized by Google

Imprimatur.

Curtius Palumbus Prouic. Gen. Neap.

M. Cherubinus Veroneñ Auguſt. Theologus Curiæ Archiep. Neap. vid. Reg.fol.23.

Prędictiones hæ ab Aſtrologia petitæ, ad naturales oſſeruationes tantum, in vſum Medicæ Artis, nec certo & infallibiliter euenturæ, imprimi poſſunt.

D. Gabriel Lottherius Dep. vidit.

NEAPOLI,

Apud Io. Iacobum Carlinum, Impreſſores Curiæ Archiepiſcopali 1602.

Digitized by Google

ELENCHVS RERVM MEMORABILIVM

HVIVS OPERIS.

A

ARCANA Dei mens humana capere non poteſt. fol. 1. & 2.
Aſtra reſpectu noſtri multis paſſionibus ſubire dicitur. 3
Admirationem rarus cunctis mouẽdi modus induxit. 4
Antiquiſſimus obſeruator Hippocrates multa diuinitus pronunciauit. 4
Annus 1599. totus pluuioſus frigidus & niuoſus. 6
Ariſt. 1. Methaph. naturaliter omnes ſcire deſiderant. 3
Ariſt. 1. Metherolog. oportuit hunc mundum inferiorem, &c. 2
Autumnales morbi ex leui mutatione ad loca non procul occaſionem acceperunt. 9
Anni temporis diuiſio ab Hippocrate. 13
Abſtinuerunt tempore Gal. à ſanguinis miſſione in illa peſtilentia. 8
Animi paſſiones humores corrumpere valent. 26
Aer male ventilatus, ac in cauo loco recluſus malas qualitates non facile remittit. 32
Aer poteſt corrumpi ac diuerſis qualitatibus inquinari. 31
Aer, & aqua ſunt mundi partes quæ corrumpi poſſunt. 31
Accedens ſol ad ſignum libræ à ſua exaltatione cadit. 12
Aſtrorum Ortus, & Occaſus ac tropica, & æquinoctialia obſeruare oportet ait Hippocrates. 13
Aeſtate paucæ febres ardentes ſed tertianæ, &c. 88
Autumno ſyntomata erant circa cor Aeſtate vero circa naturalia. 98
Anno 1598. fuit Ecclipſis in piſce, & alia cauſa. 99
Anno 1598. lunares duo ecclipſes in ſigno humano. 99
Anno 1526. introeunte 27. pluuiæ indeſinentes per 40. dies inde peſtis regnum Neapolis inuaſit. 100
Auctoris rationes de ſubtractione dierum in morbis acutis. 127

C

Calamitates à Deo propter peccata. fol. 1
Comparantur febres obſeruatæ ad præſentem annum. 7
Conſtitutio anni 1599. ad tempeſtatem ab Hippocrate comparata. 7
Cur ab arturo mutationem incepit Hipp. & non à canis ortu. 12
Cur Autumnus inæqualis. eodem.
Corruptio ab intenſo, & à remiſſo ſumitur. 17
Corruptio, & putredo ſuſcipiunt magis & minus. 17
Cur tempore Galeni Agreſtes potius quam Vrbani moriebantur. 17
Corruptio eſt mutatio ſecundum ſubſtantiam. 20
Cur abſq; cauſa manifeſta moriebantur. 23
Cauſæ internæ, & externæ corruptionis. 26
Cur ſemen in vaſis ſeminarijs corrumpitur. eodem.
Cauſæ externæ corruptionis multæ eſſe poſſunt. 29
Cur tot pluuiæ anno 1599. 82
Continuabantur pluuiæ per menſes ferè ſeptem. 84
Canicula inter alias ſtellas illuſtriſs appellatur in com. epid. à Gal. 11
Cur Hipp. diuerſa anni diuiſione vſus fuit. 13
Cum morbus caret contagio non dicitur peſtis. 15
Corrumpi poteſt aer, ſiue craſſus ſiue tenuis ſit. 32
Cætera animalia ſalubriter degebant præter homines. 33
Calamitatum genera ad ſeptem reduci poſſunt. 41
Coſtellationum omnium ecclipſis eſt pollentior. 43
Conſiderande diuerſitates ſignorum in Zodiaco. 46
Cæleſtia ex terreſtribus ſigna conueniunt. 48
Cometæ quid ſignificent. 51
Crinitæ ſtellæ fluctuantur ſæpiſſime ab ecclipſibus. 51
Comparatio de ſole, & luna inter erraticas alias. 56
Circa coniunctionum experientia. 58
Conuenerunt multæ conſtellationes in anno 1598. ideo tot continuatæ pluuiæ. 59
Circa hirudinum applicationem in ſede multa dixit auctor. 91
Coniunctio Saturni, & Martis in cælo peſtem minatur in terris. 98
Cur in nouilunio non debet dari pharmacum. 105

D

Deſcriptio ſecundæ tempeſtatis ab Hippocrate fol. 5
Duplici temporis diuiſione vſus Hipp. in epid. 14

Differentia inter vulgarem morbum, & peſtem. 15
Duplex locus afficiebatur tunc temporis ſpiritalis, & naturalis. 16
De putredine. 19
De generali diuiſione cauſarum calamitatum. 35
De corruptione. 20
Diſtinctio de corruptione, & putredine. 25
De peſte quid ſit. 32
De luna, & eius proprietatibus. 39
De Sole, & eius virtutibus. 40
De Lunæ proprietatibus iterum. 39
De Ecclipſibus generalis tractatus. 42
Dum luminarium deliquia fiunt ſpiritus, & humores ab hominibus auferuntur. 42
De crinitis ſtellis. 50
De Ecclipſibus ad figuram duodecangulam de coniunctionibus ad figuram ſexdecangulam eſt recurrendum. 57
De ſignificationibus crinitarum ſtellarum. 52
De Antidotis. 94
Diuerſabantur aſtiui morbi ab autumnalibus. 97
Dubitationes plurime Auctoris, & ſolutiones circa morbos, & mores. 108
De criſibus breuis diſcurſus. 123
Dum anni tempora conſtitutiones non ſeruant. 31
Dum peſtis ſuccedit quando maxima dici poteſt. 34
De Prognoſticis. 129
De Solari Ecclipſe in ſigno Cancri anno Domini 1600. & eius prognoſtico. 133
De lunari Eclipſe anno 1601. & ipſius prognoſtico in ſigno Geminorum. 139
De Solari ecclipſe in ſigno Capricorno anno Domini 1601. tum ipſius prognoſtico. 141
De Lunari eclipſe effatu digna in ſigno Sagittarij anno 1602. & de eius prognoſtico. 144
De lunari altera eclipſe in Sagittario anno 1603. 147
De magna coniunctione Iouis, & Satur. in Sagitt. anno 1603. 150
De lunari ecclipſe in ſigno Libre anno 1605. 159
De altera lunari eclipſe in ſigno Arietis. 167
De Solari ecclipſe horrendiſſima anno 1605. 163

Digitized by Google

E

EX cæli ſtatu pernicioſiſſimo morbi peſtilentes oriuntur. 10
Exceſſiua aeris qualitas peſtilentiæ cauſa fuit. 86
Ecclipſis eſt luminarium luminis ſubreptio nobis. 43
Ecclipſium effectus variantur iuxta ſignorum varietates. 47
Erũt exceſſus calamitatum etiam pro natura locorum vbi fiunt. 48
Aeſtate pauce febres ardentes. 88

F

FEbres quales obſeruabantur. 6
Fuit luminaris defectus cum ſtella Nauis, & naufragia ſucceſſerunt. 34
Fuit obſeruatum anno 1345. multas ſucceſſiſſe calamitates à coniunctione trium ſuperiorum. 59

G

GEneralis cauſarum diuiſio. 35

H

HIppocrates antiquiſſimus medicinæ obſeruatur. 4
Hyrudinum in ſede applicatio. 92

I

IN peſtilentia ad Deos antiqui referebant conſulentes. 10
In principio Autumni dies minui, & noctes augeri incipiunt. 12
In pluuiarum multitudine febres longe magna ex parte. 5
Idem obſeruabatur anno 1600. eod.
Improbitas aquarum eſt ſemper pernicioſa apud Nolam, & alia loca. 19
Inſpiratus aer ac inquinatus cur erat pernicioſus. 24
In genere peſtis quod febrium ſpecies gigni poſſunt. 32
In hoc præſenti anno non ad fuit contagium. 33
In aere corrupto homines moriebãtur quia conſtellationes aderant in ſigno humano. 33
In Appulia ſæpe brucorum copia agros depopulantur. 48
In

In aere generantur Cometæ qui à ſtellis actuãtur ſicut aer à luce. 51
Iuppiter Dominium habet in Iecore, & ſanguine, Mars in humore bilioſo. 97
Iouis, & Saturni coniunctio in annis viginti durat, quæ in noſtro propoſito incepit anno 1583. & durabit vſque ad 1603. 98
In magnis coniunctionibus eſt videre ſi ecclipſes ſynodi, vel gubernatores in eodem trigono concurrant. 92

L

LAedebantur agri à medicamentis. 9
Laudatur Hipp. in anni temporibus. 14
Luminarium defectus crinitæ ſtellæ ac lum. ſynodus ſunt generales cauſæ. 35
Lunæ operationes iubet Auctor obſeruare. 36
Luna ſenſibiliter, ac in perceptibiliter agit. 37
Luna quinq; errores lumine, & vicinitate ſuperat. 38
Lapis bezuar adulteratur ſæpe. 94
Loca vbi homines moriebantur vt plurimum. 87
Luna quomodo concurrat ad morborum cauſas. 17

M

MOrbi quales erant. 7
Morborum cauſæ deſiderabantur. 10
Morbi communes, & pernicioſi nec erant contagioſi. 10
Mundum hunc inferiorem gubernari à cæleſtibus luminibus. 2
Mutationes à tota ſubſtantia in elementis. 17
Modus agendi in corpus humanum corruptionis & putredinis. 25
Morbi quales graſſabantur anno 1600. 84
Multotiens in regionibus Italiæ murium, vel camparum generationes fiunt vt Sueſſanus anno 1503. 48
Multæ ſuccedentes numerantur obſeruationes. 61
Multa ſyntomata, & varij morbi mores acceſſerunt. 88
Mutationes breui ſpatio ad loca, vel prædia morbos excitabant. 89
Moriebantur potius ob medicamenta ſicut obſeruauit etiam Hipp. 89
Morbi erant ferè inexpugnabiles nec curationẽ admittebant, ac Medici vera remedia ignorabant. 90
Mundum hunc gubernari à cæleſtibus lationibus motu, & lumine configuratiuo. 2

Multa

Multæ ſuccedentes numerantur obſeruationes annuatim. 61
Moderatur tempus exibendi pharmacum per Auctorem. 105

O

OB aeris mutationem ægrotabant facile. 9
Obſeruationes ad Hipp. & de cauſis Ariſt. & Ptolomeum. 4
Ordo ſtellarum inter ſe. 39
Obſeruatio lunæ ad ſolem. 36
Obſeruauit idem ſueſſanus. 36
Ob humores indicibili qualitate corruptos exigua mutatio loci excitauit. 96

P

PLura calamitatum genera vt peſtilentia. 2
Præcepta in pharmaco exibendo. 13
Putredo quid ſit. 24
Peſtis à ſuperioribus coſtellationibus pendet. 34
Planetæ dominantur in elementis, & humoribus. 26
Poſſunt corrumpi elementa procul etiam qualitate occulta. 31
Peſtis qualem effectum producit, & vbi fundatur. 32
Peſtis vt generales euentus in humores ſæuit ſenſim, & paulatim. 46
Poteſt etiam peſtis incrementum ſuſcipere pro luminarium aſpectibus. 46
Peſtis anno 1543. per totam Italiam. 60

Q

QVales morbi in multitudine pluuiarum. 5
Quales erant tempeſtates. 5
Quouſque durauerunt morbi. 8
Quales morborum mores. 8
Quo potiſſime debere ægri moriebantur. 9
Quales erant potiſſime ægrotantes. 9
Quæ damna conſtitutiones humidæ afferunt. 16
Quando morbi paruam noxam afferunt. 22
Quomodo eluceſcat corruptio tractu temporis. 23
Quando corruptio præcedit putredinem, & quomodo operatur. 25
Qualiter ſtellæ inter ſe ſe habeant. 36
Quatuor in ecclipſibus ſunt notanda. 43

Quales ecclipſes in Oriente, & quales in Occidente. 41
Qui ordines circa effectus producendos in ecclipſibus. 44
Quando coniunctiones & ecclipſes coniunguntur fiunt effectus inexpugnabiles. 50
Quæ mortem humano generi afferre poſſunt. 51
Quales effectus coniunctiones ſuperiorum producere poſſunt. 58
Quo temporis ſpatio durauerunt effectus calamitoſi. 101
Quæritur auctor contra calumniantes aſtrologiam. 104
Quando erratur in pharmaco exibendo. 105

R

Retinere poteſt aer prauas qualitates. 31

S

Stella Canis torrefacit in homine humores. 11
Sub Arturo adequantur dies, & noctes, & horæ ſunt inequales. 12
Secunda tempeſtas ab Hippocrate obſeruata cõtemporaneæ non abſimilis. 5
Speties peſtis dicta ſudor Anglicus Mediolanum inuaſit. 34
Sueſſanus quid obſeruauit in coniunctione Saturni, & Martis in Tauro. 33
Stellæ motu, & lumine configuratiuo agunt in nobis. 36
Solis, & lunæ operationes. 37
Solis proprietates. 40
Solis, & lunæ labor ad horas. 44
Solet hyrudinum applicatio ad ſedem eſſe damnoſa. 93
Sol ſpiritibus, & luna humoribus dominatur. 107
Soluuntur multa quæſtiones difficiles. 111

T

Tres Hipp. tempeſtates obſeruauit. 4
Timebant mutare locum tempore illo. 10
Tempore peſtis qui ſeruabantur. 17
Tempore peſtis non æque viuentia aquæ offenduntur. & cur. 33
Taurus Campaniæ dominatur. 2
Tiberis inundatio. 82

Digitized by Google

Temporales Ecclipſes quid operantur. 47
Tempore Galeni ingens peſtis Romæ. 95
Tempore noſtro ex pauca loci mutatione moriebantur. 96

V

VNde exceſſiua qualitas in aere, & aqua. 16
Vtitur quandoq; Deus cauſis ſecundis. 1
Varij effectus ſtellarum pro varietate radiorum. 2
Vidimus inſuetas ægritudines. 3
Veneſectio morbis contemperaneis non iuuabant. 95

Finis Tabulæ.

Errata in impreſſione ſic corrige.

Fol.9. ver.19. tabias lege ſtabias vbique. fol.12. ver. 19. acceſſo lege acceſſu. fol.15. ver.11. diſperos lege diſperſos. fol 16. ver. 18. progenituta lege progenita. fol. 1. ver. 17. corcalibus lege cerealibus. fol.18. ver.26. diſceptam lege diſcecta. fol 22. ver.11. Aetiopia lege Aethiopia. fol 22. ver 20. pauca febricula lege febricula fol.23. ver.16. letali lege lethali. fol.33. ver.1. tctcumq; lege vtcumq; . fol.50. ver.20. tubercule lege tubercula fol.91. ver.1. & 16. & fol. 9. verſ.4. hyrudinum lege hyrudinum fol.64. ver.4. Damini lege Domini. fol.128. ver.17. expoſcit lege expoſcunt. fol.129. ver. 7. Lucerie lege Nuceria. fol.158. ver.20. ſuprsdicta lege ſupradicta.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google